LVDOVICO XIII.

GALLIARVM ET NAVARRÆ REGI CHRISTIANISSIMO FELICITER INAVGVRATO.

SACRA RHEMENSIA



NOMINE COLLEGII PICTAVENSIS SOCIETATIS IESV.



FRANCISCVS GARASSVS ENGOLISMENSIS.

EX EADEM SOCIETATE.

D. D. D.

PICTAVIS,

Ex officinâ ANTONII MESNERII Regis & Academiæ Typogr.

M. D. C. XI.

LVDOVICO XIII.

GALLIARVM ET NAVARRÆ REGI CHRISTIANISSIMO FELICITER INAVGVRATO.

SACRA RHEMENSIA



NOMINE COLLEGII PICTAVENSIS SOCIETATIS IESV.



FRANCISCVS GARASSVS ENGOLISMENSIS.


EX EADEM SOCIETATE.

D. D. D.

PICTAVIS,

Ex officinâ ANTONII MESNERII Regis & Academiæ Typogr.

M. D. C. XI.





LVDOVICO XIII.



GALLIARVM ET NAVARRÆ REGI CHRISTIANISSIMO.

FECISSET vtinam Deus immortalis (LVDOVICE *Rex Chriſtianiſſime*) vt, quod accepimus Themiſtio ſingulari Philoſopho, ad ſuum Principem accedenti contigiſſe, nobis etiam ad te, Conſtantio feliciorem accedentibus eueniret: narrat is, veré ne an ſecus, ambiguum eſt, quoties ſacrum Palatij limen attingeret, & in genua Imperatoris accideret, ſibi animum extitiſſe ſolito clariorem, perſpicacem intelligentiam, cryſtallinos ſenſus; &, quod vix perſuaderi poſſe credebat, velut *Feneſtratum pectus* extemplo fieri, mentémque in corde pellucidam ac patentem: Neſcio quid planè contrarium atque mihi luctuoſum euênit (*Rex Auguſtiſſime*) vt, ad tua primùm genua concidenti, mens hebeſceret, obtunderetur animus, & ſi qua mihi ſentiendi claritas, aut intelligendi hactenus fuit, to-

Themiſtius orat. prima ad Conſtantium.

ta obſcuritate, & tenebris in medio Majeſtatis, ac nobilitatis tuæ fulgore mergeretur: *Purpuræ lumen* affero, *Liliorum Radios, & Candorem: Flammam Auri: Coronæ diem, ab vnionibus factam,* (liceat cum Gallorum peritiſſimo dicere) *Enſis clariſſimum Iubar, Martis fulgur, Vulcani ſpeculum:* denique quicquid inter hominum cœtus, & Principum Curias, clariſſimum, ac micantiſſimum eſt, complexum hoc libro tenui, qui tantùm à materiâ fulget, & tamen ferentis animus in tanto fulgore, ſolus obſcurus eſt, tuâ (*Chriſtianiſſime Rex*) Majeſtate perculſus: Non vero, quòd illi tam temerarios motus, aut Eloquentiæ fulgur, eſſe cupiamus ad potentiſſimum Principem accedenti, quantum Euſtathio, oratori vehementiſſimo extitiſſe ferunt, cui fuit tam admirabile dictionis robur, vt Saporem, potentiſſimum Perſarum Principem, verborum lenocinio, quibus Coronæ Regiæ grauitatem, ac Sceptri moleſtias amplificabat, maieſtatémque *Regiarum Inſularum* eleuabat, tanto fulgore perſtringeret, vt Princeps, ſapientiſſimus aliàs, velut alienatus animo, ſibi Coronam de fronte demeret, Sceptru m abijceret, Veſtémque Purpuream cum abiectâ dicentis togâ commutaret, niſi aſtantes Principes indignum facinus impediſſent, & mirati præſtigias, graſſanti Eloquentiæ neruos amputaſſent. Enimuerò, nos politiore genio docti, quàm ille Barbarus, quâ religione & modeſtiâ compellandi ſunt Reges, huc ad te deuotè

Eunapius Sardianus in AEdeſio.

venimus (*Christianissime Rex*) non, vt tuæ primum Majestati, quam secundùm Deum religiosè suspicimus: deinde, vt Sacris Regni Insignibus atque ornamentis: tùm postremò nostræ etiã Eloquentiæ, si qua in istis est, iniuriam inferamus. Nam verò quis nescit dolere eloquentiam & ingemiscere, cùm intemperantiâ malorum hominum seruire cogitur ad contemptionem Regiæ dignitatis, cum quâ æterno se & cœlesti consanguinitatis vinculo gaudet esse sociatam. *Hoc* enim, tuæ cum Maiestatis veniâ, Ars hæc diuina de se dictura est, quo de apud Synesium Philosophia gloriatur, Ἄνωθεν, ὦ βασιλεῖς, εὔνοια καὶ συγγένεια βασιλεία πρὸς Ῥητορικήν ἐστι: de cœlo, de cœlo reuera est familiaritas illa, ô viri Principes & consanguinitas, quæ vestrum, Numen, atque Maiestatem regiam cum dicendi facultate coniungit, *Synesius in Synadelphis.*

Quapropter cùm primùm hoc mihi mentis iniectum est, Decembri præterito, qui *Mensis Carminum* à politissimo auctore nominatur, vt æternam tibi deuotionem nostram qualicunque industriæ testificatione comprobarem, bene labori meo consultum credidi, si contra Sophistæ illius insolentem audaciam, Augustas Inaugurationis tuæ Infulas, & SACRA RHEMENSIA, velut ἱερὰ τὰ τῆς βασιλείας σπάργανα inculto illo quidem & rudi, verùm Maiestati tuæ deuotissimo stylo & oratione prædicarem: Non quòd ego tantùm viribus, aut facundiæ arrogarem meæ, *Martialis lib. 5. Epig. 31.*

ta obſcuritate, & tenebris in medio Majeſtatis, ac nobilitatis tuæ fulgore mergeretur : *Purpuræ lumen* affero, *Liliorum Radios, & Candorem*: *Flammam Auri* : *Coronæ diem, ab vnionibus factam*, (liceat cum Gallorum peritiſſimo dicere) *Enſis clariſſimum Iubar, Martis fulgur, Vulcani ſpeculum*: denique quicquid inter hominum cœtus, & Principum Curias, clariſſimum, ac micantiſſimum eſt, complexum hoc libro tenui, qui tantùm à materiâ fulget, & tamen ferentis animus in tanto fulgore, ſolus obſcurus eſt, tuâ (*Chriſtianiſſime Rex*) Majeſtate perculſus : Non vero, quòd illi tam temerarios motus, aut Eloquentiæ fulgur, eſſe cupiamus ad potentiſſimum Principem accedenti, quantum Euſtathio, oratori vehementiſſimo extitiſſe ferunt, cui fuit tam admirabile dictionis robur, vt Saporem, potentiſſimum Perſarum Principem, verborum lenocinio, quibus Coronæ Regiæ grauitatem, ac Sceptri moleſtias amplificabat, maieſtatémque *Regiarum Inſularum* eleuabat, tanto fulgore perſtringeret, vt Princeps, ſapientiſſimus aliàs, velut alienatus animo, ſibi Coronam de fronte demeret, Sceptru m abijceret, Veſtémque Purpuream cum abiectâ dicentis togâ commutaret, niſi aſtantes Principes indignum facinus impediſſent, & mirati præſtigias, graſſanti Eloquentiæ neruos amputaſſent. Enimuerò, nos politiore genio docti, quàm ille Barbarus, quâ religione & modeſtiâ compellandi ſunt Reges, huc ad te deuotè

Eunapius Sardianus in AEdeſio.

venimus (*Christianissime Rex*) non, vt tuæ primum Majestati, quam secundùm Deum religiosè suspicimus: deinde, vt Sacris Regni Insignibus atque ornamentis: tùm postremò nostræ etiã Eloquentiæ, si qua in istis est, iniuriam inferamus. Nam verò quis nescit dolere eloquentiam & ingemiscere, cùm intemperantiâ malorum hominum seruire cogitur ad contemptionem Regiæ dignitatis, cum quâ æterno se & cœlesti consanguinitatis vinculo gaudet esse sociatam. *Hoc* enim, tuæ cum Maiestatis veniâ, Ars hæc diuina de se dictura est, quod de apud Synesium Philosophia gloriatur, Ἄνωθεν, ὦ Βασιλεῦ, εὔνοια καὶ συγγένεια βασιλεία πρὸς Ῥητορικήν ἐστι: de cœlo, de cœlo reuera est familiaritas illa, ô viri Principes & consanguinitas, quæ vestrum, Numen, atque Maiestatem regiam cum dicendi facultate coniungit.

Synesius in Synadelphis.

Quapropter cùm primùm hoc mihi mentis iniectum est, Decembri præterito, qui *Mensis Carminum* à politissimo auctore nominatur, vt æternam tibi deuotionem nostram qualicunque industriæ testificatione comprobarem, bene labori meo consultum credidi, si contra Sophistæ illius insolentem audaciam, Augustas Inaugurationis tuæ Infulas, & SACRA RHEMENSIA, velut ἱερὰ τὰ τῆς Βασιλείας σπάργανα inculto illo quidem & rudi, verùm Maiestati tuæ deuotissimo stylo & oratione prædicarem: Non quòd ego tantùm viribus, aut facundiæ arrogarem meæ,

Martialis lib. 5. Epig. 31.

vt earum tibi ſacrarum Veſtium ſplendorem, & gloriam clariùs, vel efficaciùs explicaret, qui tam diuinè natus es, vt omnia, quæ ad Regiam Maieſtatem ſpectant, quod de Alexandro Dio commemorat, ſine Interprete, vel adiutore percipias: verùm vt intelligant pii tuorum animi, nihil eſſe, quod ardentiori cultu, poſt honorem diuini Numinis adorare, vel amplecti debeant, quàm tam illuſtria, diuináque auguſtiſſimæ tuæ ornamenta dignitatis; Et vt erubeſcat Græculus ille neſcio quis, qui in cõtemptum credo noſtrorum Principum, quibus infenſus eſt, Regalem Purpuram, Diadema, & Infulas Regum πένθημον τῆς Μοναρχίας ϛολὴν, *pullam, & lugubrem veſtem dominationis* appellauit.

Theophylactus Schol lib. 1. cap. 2.

NAM quòd ad ſcriptionis attinet genus, id me fateor amplexum eſſe, quo nullum non auſpicatiùs tractare poteram, cùm non me lateat, tam illuſtri argumento, quanta ſit in æquandâ Carminis Heroici Majeſtate difficultas; opus planè varium & moleſtum: verùm præter quàm quòd munus oblatum Regibus tùm demum iucundius arbitrabar fore, cùm patrocinantem pro ſe difficultatē afferret, dictúmque ab Alexandro recordabar, cùm in iſtâ tuâ ætate verſaretur (*Rex Chriſtianiſſime*) ſolos Principes, peritiſſimos eſſe, æquiſſimóſque carminis æſtimatores, & iudices, Te vno præ cæteris vti diſceptatore ambitiosè volui, cui labores meos, tãquam tutelari & domeſtico Numini conſecrarem: non quòd aliorum

cēſurâ ſubire vereamur, ij enim & inſtituto, & naturâ ſumus, qui omnia noſtra hoc in genere, à peritis rerum, æſtimari, caſtigaríque in lucro ponimus: verùm quoniam in hac iniquitate temporum, quibus in turbido ſtant res noſtræ, niſi te vt in naue Caſtorem, in fronte galeam, in ore ſymbolam, in corde loricam, in dexterâ ſcutum, in Roſtris patronum, in ſede iudicem collocamus, periclitatur res noſtra, patere (*Rex Auguſtiſſime*) nos in cauſſa publica gaudere velo illuſtriſſimi nominis tui, tutelæ priuilegio, & patrocinio dignitatis: Accedit quòd te hac ætate non minorem Alexandro credidi, cui ferūnt caput acriter doluiſſe, quoties aliud Carminis genus quàm Heroici lectitaret: quare ſe totum Homero tradidit, cuius venâ, & maieſtate fatebatur ad grandia ſe vehementer incitari: poteram enim vel alio carmine faciliùs, vel ſolutâ dictione feliciùs hoc argumentum illuſtre complecti, verùm vniuerſa illa ſatis intelligebam vel *Auenas* eſſe, vel *Fiſtulas*: carmen Heroicum *Tubam* videri *Olympicam*, cuius flatu, Heroes & Principes, vt à Græcorum politiſſimo dictum eſt, ad res magnas animo ſuſcipiendas ſingulariter incitantur; Eius cantu tibi, vt Alexandro ferunt, futurum eſſe credidimus, vt, nec obtūderetur caput, nec animi langueſcerent, nec torperet mens illa Regia, nec diuinæ tuæ occupationes quicquam detrimenti acciperent: Si enim ingenioſo homini non defuit audendi ratio, cur ſuo Principi, *rerum di-*

Dio Pruſ. orat. 3. de Regno.

Philoſtr. in Scopel.

uinarum mole districto, Nugas litteratas, ideſt ſuum opus, offerret: quare tandem hęrere debeamus, qui non leue, vel nugatorium aliquid, verùm opus, ab argumento regium, ab occaſione conueniens, à voluntate magnum, ab opere & ſtudio laboratum, à difficultate laborioſum, à materia durabile, à tuo fauore ſempiternum, Majeſtati tuæ (*Rex Auguſtiſsime*) conſecramus: certè erraſſe mihi videtur ille qui dixit: *Minùs ingenio laborandum fuit, in cuius locum materia ſucceſſerat*: mihi enim, quò materia ſublimior fuit, eò ſe moroſiùs torſit ingenium, & vt externa remoueas, tria quatuórue liber iſte ſecum afferet, quibus à tua Clementia fauorem & vitam, vel ſuo iure exiget, vel, vt molliſſimè dicam, poſtulabit, *Materiam, difficultatem, voluntatem, animos*, & poſtremò, *quòd tuus eſt*, quorum dubito quod eſſe oporteat efficacius ad probandum: Tu verò non ſecus quàm de toto opere, ita (*Rex Chriſtianiſsime*) hac noſtrâ dubitatione iudicabis.

Martial. Epiſt. libri ſexti.

VALE, Rex Chriſtianiſſime.
& in æternum Viue.

Majeſtati, N. Q. T. deuotiſſimus.

FRANCISCVS GARASSVS.

SVMMA
ET
CONSPECTVS OPERIS.

POSTREMO. Loci quidam insignes autorum, qui ob angustias ad marginem capi non poterant, ne perirent, ad finem vno veluti fasce comprehensi.

ẽ

ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ

ΗΛΙΑΚΩΝ.

Α

ΚΑΘΕΖΕΤΑΙ. ΘΕΟC. ΕΝ. ΘΡΟΝΩ. ΧΡΥCΟΥ. ΣΤΕΦΑΝΟΣ. ΔΕ. ΕΠΙΚΕΙΤΑΙ. ΟΙ. ΤΗ. ΚΕΦΑΛΗ. ΕΝ. ΜΕΝ. ΔΗ. ΤΗ. ΔΕΞΙΑ. ΦΕΡΕΙ. ΝΙΚΗΝ. ΕΞ. ΕΛΕΦΑΝΤΟΣ. ΤΑΥΤΗΝ. ΚΑΙ. ΧΡΥΣΟΥ. ΤΗ. ΔΕ. ΑΡΙΣΤΕΡΑ. ΘΕΟΥ. ΧΑΡΙΕΝ. ΕΣΤΙ. ΣΚΗΠΤΡΟΝ. ΜΕΤΑΛΛΟΙΣ. ΤΟΙΣ. ΑΠΑΣΙΝ. ΗΝΘΙΣΜΕΝΟΝ. ΧΡΥΣΟΥ. ΔΕ. ΥΠΟΔΗΜΑΤΑ. ΤΟΥ. ΘΕΟΥ. ΚΑΙ. ΙΜΑΤΙΟΝ. ΩΣΑΥΤΩΣ. ΕΣΤΙ. ΤΩ. ΔΕ. ΙΜΑΤΙΩ. ΞΩΔΙΑ. ΤΕ. ΚΑΙ. ΤΩΝ. ΑΝΘΩΝ. ΚΡΙΝΑ. ΕΣΤΙΝ. ΕΜΠΕΠΟΙΗΜΕΝΑ. Ο ΔΕ. ΘΡΟΝΟΣ. ΠΟΙΚΙΛΟΣ. ΜΕΝ. ΧΡΥΣΩ. ΚΑΙ. ΛΙΘΟΙΣ. ΠΟΙΚΙΛΟΣ. ΔΕ. ΚΑΙ. ΕΒΕΝΩ. ΚΑΙ. ΕΛΕΦΑΝΤΙ. Καὶ τὰ λοιπά.

PAVSANIAS IN Eliacis Prioribus.

SEDET. IN. SOLIO. DEVS. (IVPITER.) CORONA. ILLI. AVREA. CAPITI. IMPOSITA. EST. IN. DEXTRA. FERT. VICTORIAM. EX. EBORE. ET. AVRO. FACTAM. IN. SINISTRA. VERO. DEI. SCEPTRVM. GRATIOSVM. ET. PVLCHRVM. FLORENS. OMNI. METALLORVM. GENERE. AVREI. SVNT. DEO. COTHVRNI ET. PALLIVM. SEV. VESTIS. EIVSDEM. MATERIÆ. IN. PALLIO. DIVERSA. SVNT. ANIMANTIA. PICTA. ET. FLORVM. MVLTA. GENERA. MAXIME. VERO. LILIA. THRONVS. VERO. VARIEGATVS. EST. AVRO. ET. LAPIDIBVS. VARIVS. ETIAM. EBENO. ET. EBORE. &c.

IN

SACRA RHEMENSIA

FRANCISCI GARASSI.


HENDECASYLLABVM.

Smaragdus Scythico petitus orbe,
Et coctis Adamas refossus oris,
Quas Ægyptius hinc, & inde lambens,
Ambit Iuppiter, & micans Beryllus
Et quas ditibus eruunt metallis,
Carchedon, Alambandicique, gemmæ,
Et si quid memorant, remotioris
Indi littore, pustulare conchas:
Tametsi ingenuo placent colore,
Si quem Pyrgoteles tamen Chroniue
Manus scalpserit artifex Cylindrum
Aut Aurofaber inserat peritus
Grandes, lactelos, pares Elenchos,
Tùm Demum acriùs expetuntur, atque
Accendit pretium, nouum beatæ
Opus materiæ. Haud secus CORONA,
Tribaccis grauis Indicis, GLOBVSQVE.
Quàm late imperij patentis index
Et quantùm sceleri tremenda, tantùm
SCEPTRA *moribus optimis verenda.*

Ebrius Tiryo COTHVRNVS *Ostro,*
Nec non consita Lilijs, & auro
Squalens DALMATICA, ANNVLI*que fulgor,*
Et sui GLADIVS *fidelis orbis*
Propugnator, & Aureis corusca
FLAMMIS, *Signa Tonante missa cœlo,*
Perenníque fluens liquore GVTTVS,
Et felicis INAVGVRATIONIS
POMPA, *& cætera, quæ minuta curtis,*
Nescit dicere versibus Camœna:
Tametsi omnia proprijs videntur
Stare dotibus: Elegantioris
Tamen carminibus polita Vatis,
Gratiora merentur esse, tantò
Detersis minùs, & minùs politis
Si quid censeo gratiora, quantò
Regni ditibus Infulis amictus
Princeps, & Solio sedens Eburno,
Ornato minùs est, minusque culto
Augustus magis, & magis verendus.


FRANCISCVS AQVILIVS
Conf. Pict.

CLAVDIVS Cápobonus Prouincialis Collegiorum Societatis IESV in Prouincia Aquitaniæ, iuxta Priuilegium eidem Societati à Rege Christianissimo HENRICO IV. die XX. Decembris Anno M. DCVI. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis Patribus compositos, absque illorum permissione imprimant, permittit *Antonio Mesnerio*, Regis, & Pictauensis Academiæ Typographo, vt *Francisci Garassi*, eiusdem Societatis opus, cui titulus est *Sacra Rhemensia*, & *Elegiarum de Funestâ morte* HENRICI *Magni liber singularis ad* LVDOVICVM XIII. *Galliarum & Nauarræ Regem Christianissimum* ad sex proximos annos imprimere, ac libere diuendere possit, datum Burdigalæ XX. Augusti anno, M. DCXI.



SACRA RHEMENSIA

INAVGVRATIONIS APPARATVS



1. *SI pateris* LODOICE, *tibi maiora canemus* Propositio, & Inuocatio præfixa Operi
Quàm vatum cecinere vlli, venturaque posthac
Secla canent, nisi tu reliquis sis carminis ipse
Materies, numen ve tuum vel fortia facta
Concelebrent maiore tuba, queîs dexter Apollo
Fauerit, & pulchro venam formauerit auro.
Quin si forte meos nutu dignabere cantus,
Atque animum mentemque dabis, se tollet in altum
Musa tuo iussu, nec se disclusa tenebit.
Limitibus, quibus antè fuit, nec radet arenam,
Sed ruet impatiens, laudumque in vasta tuarum
Æquora, ventorum flatu dilapsa secundo
Franget aquæ montes, altique in gurgite Ponti
Nabit ouans, & si cursum maiore carina

Seruabunt alij cùm vela tumentia pleni
Intendent zephyri, vel tu ceu Castor ab alta
Puppe, tuum figes pro signo in vertice Nomen.
Hæc tamen (Ambrosio quoniam se leuit oliuo
Cymba, quod exundans in te de nubibus altis
Flauentémque comam respersit & aurea colla)
Curret, & hoc stadium felicius vncta volabit.

Rhemēsis Ædes inaugurãdo Regi sacra

2. *Iam Templo subeunt Proceres, & Gallia supplex*
Vestibulum ante ipsum genibus stat nixa, quod olim
Remigium tenuisse ferunt, quo tempore primùm
Omnis adoratos subiecit Gallia fasces,
Augurij melioris aues amplexa, Deûmque
Se se suppofuit monitis: hîc ordine longo
Officijs distincta suis micat aurea pubes,
Inceditque ferox sagulis, & veste rigenti
Angustat latera, & magnarum strata viarum.

Viarum ornatus, & forma breuiter tacta.

3. *Interea ridere vias, & compita festis*
Frondibus ornari, lapides & saxa, tametsi
Aspera senserunt longo vestita tapete,
Et partes tenuere suas, antésque superbi
Flore coronati Regem nutantibus vltro
Cardinibus voluëre sequi. Seges aurea florum
Purpuream scribebat humum; mollémque per herbam
Ambrosius labyrinthus erat. Quid carmine dicam
Quæ latè circùm extiterint conferta virorum
Agmina, vel ruptis demum quàm magna fenestris
Staret, & insanis vomeretur ab ædibus vnda?

Duplex Astantiũ ordo: Spectantiũ vnus, Procerum

4. *Spectantum fuit illa cohors, sed pulchrior ibat*
Ordo ministrantum, & pompæ solennis honorem
Sustinuere omnes; Alios notissimus inter

Ambrosiâ ceruice Puer, quem plurima circùm
Gratia sub vultu Veneris ludebat honestæ,
Ibat, & effusos populi spectabat aceruos.
Omnis ibi imperij grauitas, antiquáque Regni
Nobilitas fuit; At bisseni ex ordine Patres,
Et meritis, & honore Pares, & nomine circùm
Iuêre, & pulchram Puero fecêre coronam.
Nulla domus tantùm amplexu, vel mœnia tantos
Accepere Deos; latè feruebat in auro
Quaquâ incedebant Tellus, sed pace Virorum
Totus honos Infantis erat, stetit omnis in vno
Obtutus Puero, veluti cum summus in vnda
Exiluit Delphin, Muti stant ordine ciues,
Aula fluens fit in Oceano, se magnus amœnat
Princeps interea, atque altis apricat in vndis.
Talis erat Puer, & talem se lætus agebat,
Ac medios inter Proceres fluctúsque coronæ
Incedebat ouans, populo dum semita florens
Feruet, & augustum geminant vicina triumphum:
Quin etiam stupuisse ferunt sub pondere Cœlum,
Et veniam fecisse Astris, Regumque beatis
Manibus, vt pompæ aspicerent Regalis honorem.
5. *Ergo aderant Reges magni cognatáque Gallis*
Sidera, purpureæ stabant sub nubis amictu,
Præcipuè, quæ BORBONIO *de sanguine, Cœlum*
Seruat, & æternos Diuûm transseuit in hortos.
Claruit hîc Magni series de gente CAPETI
Et longè fuit ante alias; hos lactea Cœli
Orbita, delitias diuûm tenet; hic vbi passim
Lactea, candenti tractu, sparsere per orbem

alter, & Ministrorum.

Descriptio procedentis Regis inaugurandi.

Reges Borbonij Stemmatis ex lacteo circulo delapsi præsentiâ & dictis ceremoniã ornant.

Lilia, & inde loco mansit cum nomine fama:
Mansit honos, candorque Astris; sic verius esse
Crediderim, quàm quod cineres, Mundique ruinā.
Hâc iuisse ferunt, vel plena quod vbera, Diuûm
Reginæ, Ambrosios illac stagnasse liquores.
Hîc etiam LODOICI *omnes: sed pulchrior inter*
Nonus erat Diuos, & toto vertice supra,
Qui, quoniam errantes primùm firmauit habenas
Imperij puer ipse, & rem felicibus auxit
Auspicijs, blandè Puerum de nubibus altis
Vidit, & interea fatis sicora resoluit.

Diui Ludouici oratio ad Regē Protreptica.

6. *O cælo dilecte Puer, magnoque senatu*
Designate Deûm! ô soboles de sanguine nostro
Ista dies tibi pulchra micat; Te grandia poscunt
Imperia, afflictique vocant te vulnera Mundi,
Et desolati facies non integra Regni.
Cresce Puer generose animo; tum grandibus ausis,
I, decus; i nostrum, & latè crebrescere nomen
Fac ista virtute Puer; nam quæ tibi magna
Res hodie Puero, Regni contingit auiti
Vix etiam datur illa viris; & regia moles
Quam Patri dederat matura laboribus ætas,
Ante pedes cadit illa tuos, & vt hostia felix
Ab nondum quærenda venit! recipitque tuum se
In gremium ductore carens, & condit in vlnas.
Disce Puer Virtutem ex me, sed grandia rerum
Disce per exemplum melius genitoris, & altas
Moliri generose artes; arcanaque belli,
Nos inter Pater ille tuus iam pulchrius æuum
Nescius infractis animo succumbere rebus

Transigit interea: nisi quòd voluisset honorâ
Morte mori, dignumque sibi contingere finem.
Solatur sed enim, sensusque exterget amaros
Cùm tua sub cari vultum genitoris imago
Dulcis adest, meminitque tui, vitâque potiri
Haud vnquam eligeret, dùm tu potiaris auito
Imperio; Macte esto Puer; te fata beabunt
Prosperiora, tibique cadet longæua senectus:
Quodque orbus genitore bono rem suscipis altam,
Obdura virtutem aspris sub casibus, & te
Finge parem forti, virtusque hoc impleat ipsa,
Præsenti quòd patre cares, Plus debet Achilles
Troiano cineri, & dextræ plus Hectoris vni
Quàm patri tulit acceptum. Te finget arena.
Ipse suis totum Macedo sub legibus orbem
Supposuit genitore carens. Est mascula certè
Fœmineo velata licèt sit nomine Virtus,
Virtus vna, tibi Pater est, & prędita Mater
Plusquàm fœmineâ virtute: quid insuper optas?
Aspicis Æneam tardo sub patre gementem?
Vnus erat Genitori hærens, sed patre sepulto
Cùm potuit debere sibi; tum grandia bello
Suscepit facere atque pati, gentemque superbam
Consilio regit atque manu. Quid nomina tandem
Aut exempla fero? quasi non sis altior illis!
Sic ait, inque latus nubis se condit opacum.
Et nos interea optatæ succedimus ædi.

Paterna, & Domestica exempla

Orbitas Patris eiusdem. D. Ludouici consolatione lenita.



RHEMENSE SIMPVLVM SEV
PHIALA COELO MISSA.

Phialæ omnes Deorum præstãtissimæ cum nostrâ minimè conferendæ.

1. EMO mihi, Phialam ve Myos, doctive Myronis
Cum Phialâ, LODOICE, tuâ componat, & illas
Victor Olympiacæ pretium quas portat arenæ.
Neue ferant abacum Ganymedis, & aurea vasa,
Quæ tremulis radiosa vomunt carbonibus ignes:
Quin etiam nostræ Phialam si conferat Hebe,
Hebe Nympharum pulcherrima, quâ bibit inter
Ipse Pater Diuos rorantem Nectaris vndam,
Nigra verecundo coram liuescat in auro.
Neu ferat indecores Phialas Vulcania pubes,
Quas ferrugineo sudans lentauit in antro,
Materiam superante manu. Sed Musa quid hæres?
Iam stat, & augustâ canus cum veste Sacerdos
Ingreditur, tangitque aras, stat grande virorum
Agmen, & accinctis feruent Delubra Ministris.
Magnus adest Puer Ambrosio tingendus oliuo.
Maturate viri, subitóque accingite dextras
Vt iusti peragatis opus, quo sanctius vllum

Non fecistis adhuc, facti vos rara manebit
Gloria, & in longos pietas laudabitur annos.
2. *Ecce triumphalem Phialam: roseumq; liquorem* Procedentis phialæ pompa.
Quinque ferunt dudum solito de more Ministri
Vestibus albentes niueis, limenque superbum
Verrit adorando interea, vel basia pangit
Turba fauens, lecto Phialæ suspensa, vel ipsum
Nititur extentis Feretrum contingere palmis:
Ante alios selecta micat feruore Iuuentus
Et Centum [b] *Vigiles Phialæ Tentoria circùm*
Miscentur patriâ redimiti tempora quercu.
Illa subit lentè, populúsque aduoluitur omnis,
Omnis & Ampulla vultum defigit in vna, Confertur cùm Nili aquâ & collectione Mellis apud Sabæos.
Seque putat cognatum Astris, qui talia cernit
Munera: Nonne vides vt primâ Ægyptus in vrnâ
Gestiat, & lympham Nili redeuntis adoret?
Vel quales Arabum populi, cùm pinguis odorum
Decutitur seges ex folijs, & roscida Thuris
Gutta fluit primùm, aut liquidi [c] *vindemia mellis?*
[d] *Vestibus hic astant niueis, atque ordine pompam*
Instituunt, primíque legunt cœlestia roris
Munera, delapsámque alta de fronde saliuam
Astrorum, in niueâ carpit gens aurea veste
Non aliter totam effundit se Gallia Tellus,
Vt rorem aërium, & nectar felicis Oliui
Accipiat, grauidísque datum de Nubibus Imbrem.
Sed quid ego spumam Ambrosiæ, Myrrhæque Saliuam
Hic refero? tum si qua polo rorante putarunt
In teneros delabi Arabas & conscia rura?
Quidve mihi molles celebrant vnguenta Sabæi

Naturæ Lacrymantis opes, luctusque superbos
Et roseam Lunæ saniem spumantis in herbas?

Ex Phlorentino ἐκ τῶν γεωπονικῶν.

Gallia maius habet donum felicis Amomi,
Donum æternum ingens, & quo non aurea Tellus
Fœcundæ Æthiopum glebæ, vel pinguis Asarbi
Pulchrius accepit, quamuis formosa sub illis
In luxum se fudit agris natura, deditque
Vberibus præstare oleis, & diuite ligno.

Confertur cum oleitate Azarbi, & præfertur.

3\. *Namque ferunt Siculi quamuis se iactat Asarbi*
Terra potens oleis; fontem tam diuitis vndæ
Defecisse olim, & damnum sensisse senectæ:
Nam plerumque oleæ exosses, rugosaque pellis
Strictius Ambrosiam, vel amarius exit in vndam.
Non tali dolet affectam se Gallia damno,
Semper enim manet in Phialâ cœlestis Oliui
Nobile fermentum, & quô plus depromit in Auro

Æternus in phialâ liquor.

Virgula felici sensim lentata metallo,
Plus habet, & nunquam fundo rarescit inani.
Fluxit enim LODOICE *tibi, fluxitque Parenti*
Largius vnguentum, nec auarius exijt illi
Iustus ad æternas Regni qui venit habenas.
Siue putas concretum illud sub nube serena
Quâ formatur apum Nectar, vel candida roris
Munera, quæ medicus noctu labuntur in herbas.
Seu reris, meliorque fides est dedita menti
Delitias de sideribus, lectumque saporem
In Phialam fluxisse, velut cum Barbara Pubes
Igne coquit Massam, vario quæ mixta metallo
Soluitur elicitam quâ non constabat in vndam,
Non aliter cœlum sparsis collegit ab Astris

Quic-

Quicquid erat pretiosum ollis, & finxit Oliuum,
[e] Sicut Apes pulchrum vario de flore Venenum
Delibare ferunt. Hîc vasti pondera Cœli
Ingemuisse reor, certè res tanta meretur
Cœlum vt sollicitis pro te sudaret in Astris.
Post vbi compressum Nectar liquefactáque Cœli
Sidera formarunt Oleum, Phialæque per altos
Sacratum misère sinus; tùm pulchra Columba
Cepit, & affixum portauit in vnguibus aureis.
Nec tantæ sunt nulla rei Monumenta, vetustam
Si lubet ætatem, vel prisca reuoluere secla:
[f] Vitis in Alphæo ternos ex ære Lebetes,
Signatósque vtres iniussi Nectaris vndâ
Impleuit quondam vt perhibent, quo tempore, luctans
Græcia, in æthereo primùm sudauit Olympo.
Sed quid falsa fero? vel quid me Græcia lactat
Vbere nectarei erroris? tu Nectare nostro
Vngere, nec Cælo Ambrosiam, nec pinguis Olini
Inuideas terræ segetem; tibi Messis abundat
Pulchrior ô LODOICE*; tibi Cœlum quoque seruit*
Nectareósque Olei latices & Balsama sudat,
Quin etiam teneris diues quas Terra Sabæis
Plorando largitur opes, tibi ridet, & ipsum
Naturæ gaudentis opus tua Gallia, & Astra
Se stringunt etiam, atque Vndam cœlestis Amomi
Eliciunt, nec Terra tibi non grata recusat
Quod reliquis parit vna, sed hoc indigna remittit
Officium Cœlo, munúsque id transdit in Astra.
Hinc seges est LODOICE *tibi, felicis Olini*
Hinc & ab æternis formosiùs vngeris Astris

Ex græco Athenæi lib. 1. ad fin.

Plinius ita vocat Campaniam & Baias.



CORONA



A veniam LODOICE, *tibi si carmine Frontem*
Tangimus, inque Caput ferimus Regale Coronam:
Non erat hoc nostræ (fateor) Rex magne Camœnæ.
Nec tantùm manus ista sibi debebat honoris
Adserere, audaci nimiùm damnanda periclo:
Inque tuos proiecta Pedes, non debuit vltra
Tendere, nec Sacram temere tractare Coronam.
Si tamen ô patiare mihi, se tollat in altum
Dextra, Capútque tuá cingat Regale Corona
Iuro tibi, LODOICE, *Manus deuotior vna,*
Vna caput nunquam tetigit, nec carius vllum
Hactenus æternam reor accepisse Coronam.
Hanc tibi de puro primùm formabimus Auro,
Et circùm, Lapides tereti texemus in ora
Quas melior dabit Indus, & is qui colat arenam
Spumeus auriferam, & verrit de flumine gemmas.
Hic florum assurgent radij, quos Gallia, puchro
Lacte rigat tibi, subijciant se donec in Astra
Non talem dedit ampla Thetis pro dote Coronam,
Nec potuit fabricasse Ioui Vulcania pubes:
Huic Auro licèt effosso, vel depluat olli

Grandine gemmarum, lapidúmque sit aurea messis.
Tum Capiti, sobolíque tuæ firmabit ahenum
Æterni chalybis vinclum, ne fata, furórque
Temporis, eripiant vestra de Gente Coronam,
Quam manibus Deus ille, Deus quem maxima Mundi
Rectorem Imperia agnoscunt, in Vertice vestro
Fixit, & æternæ fundauit fœdere legis.
Hoc etenim credo, LODOICE, *quod aurea nobis*
Tempora, de vestra quondam dixere Corona
Atque per ætatem variam, & voluentia secla
Transmisêre ad nos. Non sunt Insomnia Vatum
Quæ referam, nec enim tanto Mendacia Regi
Intrudenda reor: sed, si Deceptor honestus
Non me fallit Amor Patriæ, Regúmque meorum,
Sunt Responsa Deûm Cœlo delapsa sereno.
[h] *Namque tua non antè ferunt de stirpe Nepotum* Locus ex Rhabano Mauro.
Augustum non antè tuis debere reuelli
De manibus Sceptrum, quàm dum fundamina mundi
Alta reuellantur: reliquas tum flamma Coronas
Abripiet, Regésque, ipsos inuoluet eodem
Interitu, quo vulgus iners, vel iuncea tecta;
Tum coaceruatis ardebunt maxima Sceptris
Imperia, atque ferox per magnas flamma Coronas
Se iactabit ouans, ipsáque superbior ignis
Materia, Regum spoliis pinguescet opimis.
Sed tua, quam superi aspiciunt, seruántque, Corona
Ambustæ Mundi se subtrahet vna ruinæ.
Antè etenim exusto quàm depluat ignis Olympo,
Flammarúmque vndæ abripiant quæ maximus aër
Ambit, & incurua cohibet testudine Mundus,

Dicitur arcanis diuûm res indita chartis,
(Scripserunt Adamante ipso) de sanguine vestro
Affore magnanimum Regem, qui Gallica iustus
Sceptra tenens iterum Romani flectat habenas
Imperij, & totis dispergat Lilia terris.
Ille suam (vt fama est) sacra de fronte Coronam
Deponet pius; ac veteris fulgentia Regni
Ornamenta manu accipiet, spoliisque superbus
Ipse suis, donum Superis suspendet ab alto
Culmine, cui Solymos iuxta dant nomen Oliuæ.
Hîc super, antiquo detractam in monte Coronam
Sceptrúmque, & veterem Regni deponet amictum
Quà locus in sublimem olim deuectus Olympum
CHRISTVS ouans, patiente pedes in marmore pressit.
Hæc vbi facta, loci circùm vicina tonabunt,
Raucáque sanguineum miscebit murmura cælum
Interea, crepitúmque altæ collisa ruinæ
Tecta dabunt, secúmque ruent luctantia Regna.
Hanc mundi faciem morientis, & horrida vastæ
Regna procul flammæ de monte tuebitur alto,
Liligeram, LODOICE, feret qui fronte Coronam,
Vulcanúsque locum si lambere feruidus ausit,
Castigatus aquis morietur, & ardua circùm
Robora frangentur flammæ; sic Francica tanto
Ornamenta Pater voluit subducta periclo.
Nam velut excidio in magno, aut gliscente ruina,
Cùm summas tenet alta domos, ambustáque nutant
Culmina, conuulsæque trabes, iam flamma sibi ipsi
Formidanda volat, fatóque inuoluit in vno

Et lapides, & tecta trahens de vertice summo.
Interea dominique ruunt, tristésque ministri
Obuoluunt capita, & flammæ per aperta furentis
Semesásve trahunt mensas, strictáve securi
Vel iugulant animosum ignem, vel si qua sit omni
Res multùm pretiosa domo, concurritur antè
Ereptum, quàm tacta, fero nigrescat ab igne.
Non aliter cùm tota dabunt elementa ruinam
Naturæque domum rapiet, diuináque Templa
Vltima vis, quod erit mundi pretiosius, igni
Eripiet Pater Omnipotens, mundóque ruenti
Ornamenta tui subducet in aëra Regni.
Magnanimi Henrici Soboles ô Regia, viue,
Viue potens, placidámque tene regnando Coronam,
Sub qua compositi [illegible]cumbet machina mundi:
Certè si voluit finem Natura superbum
Eligere, & digno condi res tanta sepulcro,
Non aliam decuit mundo sperare Coronam,
Mundus vt hic nostras sese moribundus in vlnas
Dederet, atque tuis, Princeps, indutus obiret
Exuuiis, iussúsque tuos, & Lilia magnus
Orbis adoraret moriens, si dedere viuo
Non licuit sese, atque tuis sub legibus ire.
Hanc ferimus, LODOICE, *tibi, se donec in Astris*
Altera componet melior, cœlóque locabit
Quà locus Engonasin inter, castæque Coronam
Virginis, in vacuo se porrigit area cœlo:
Ecce tibi spoliúmque plicat, clauámque remittit
Ipse etiam Alcides, genibúsque aduoluitur, inter
Astra natans, venientem vt te deuotus adoret.

Is est Herculeś genu flexus ante Coronã Ariadnæ, vnde vocatur ἐν γόνασιν.

Parce tamen, maiora tuæ miranda Coronæ,
Si non sit, LODOICE, *mihi res integra, versu*
Dicere, & eximias numeris comprendere dotes
Quas video, sed iniqua mihi se claudit arena,
Materies me tanta premit: Se credula votis,
Credula magnaminis extendit vena, sed Infans
Nondum vesticipes iaculatur inertius alas.
Deficiunt vires, & quô se librat in altum
Fortiùs, hòc afflicta cadit maiore ruinà,
Et discit non tanta sequi Res vna labores
Solatur sedenim nostros, & carminis huius
Excusat puerilem ausum, quòd Apolline dextro
Sustulit hoc olim viridem de cespite laurum
Doctus, & in nostra cultissimus arte THERONVS.
DELPHINOSQVE *tibi cecinit, pulchrásque* CORONAS
Torsit, & in paruis impleuit magna Camœnis.





SCEPTRVM



Ceptra regunt orbem, Sceptris concordia mundo
Surgit, & admoto renouantur prælia Sceptro.
Huc fer opem, LODOICE, *tibi dicam aurea Sceptra,* Sceptri vis quanta.
Quídque potes Sceptro, accipies. TV SCEPTRA IOVEMQVE
Concilia bonus, & faciles ad Sceptra Camœnas:
Illæ, ne dubita, venient cùm Sceptra mouebis,
Et tua consident circùm fulgentia Sceptra
Victáque liligero Supponent carmina Sceptro.
1 *Aſpicis vt trepido præceps diſcordia mundo*
Infremit, & nigro committit cæca tumultu Iouis Sceptrum Fulmen est.
Corpora? ſtant nubes glomeratæ in nubibus altis,
Et quaſi ſanguineæ cœlo fit campus arenæ:
Factio ventorum duplex aſſurgit, & omne
In Martem aduerſum coelum ruit, omnia Ventus
Miſcet, & instructa veluti legione, ſupinas
Arietat in nubes, Tonitrúque auditur in aſtris,
Candidus inflicto manat de vulnere ſanguis:
Hi motus animorum alti, & certamina tanta,
Ludus erunt, ſi Sceptra ſemel capit ardua dextra

Omnipotens, cœlumque alta compage resoluit,
Et ruit in terras: Vno stat machina Sceptro
Tota tremens, nam Sceptra Ioui sunt Fulmina magno,
Hoc, & Aloïdas geminos, & fortia Sceptro
Agmina Titanum contriuit, & impia saxis
Allisit capita: Hoc etiam Salmonea Sceptrum
Sceptra affectantem, coelo detrusit ab alto.
Quid Sceptro, LODOICE, *potes? Si factio Regnum*
Cum eo comparatur Sceptrum Regium. *Turbat, & impulsas agitat discordia mentes,*
Tu Sceptrum generosus habes, quo nubila rumpis,
Et subitò colantur aquis, seu fulminis ictu
Seditio grauidæ dispescitur horrida nubis.
2 *Præterea quæ magnus agit Neptunus in vndis*
Tridens, Neptuni Sceptrum est quanta eius vis, *Facta tibi solo referent hæc omnia Sceptro*
Ipsæ vndæ, scopulique maris: Id prima Tridentem
Secula dixerunt: Illo ruit agmina Sceptro
Impellentis aquæ, & pelagi turbata serenat,
Móxque serenarum faciem disturbat aquarum.
Sceptro naufragia, & mortes, vel prospera Sceptro
Littora, ventorúmque animas de puppe fluentes
Inspirat velis: Quid, cùm ferit ardua Sceptro
Fundamenta maris? thalamo sub fluminis alti
Murmur it horrendum latè per concaua saxa,
Quæ Sceptri ferientis aquas, & robur adorant,
Et Thetyn quatiunt, Sceptro quæ tacta residit
Ac spumosarum cumulos elidit aquarum.
3 *Aspice quà turgent maria alta frementibus vndis*
Saxosum vesonans Rhodanus, vel fronte bicorni
Cùm ruit incrementa ferens de monte Garumna,
Imperium furiosus habet, factúque superbus.

Quicquid

Quicquid obest, vi raptat aqua, & deuoluit in altum
Saxa, trabesque volant, vi rumpitur, & timet ipsa
Naufragium tellus; sparsæ iactantur aristæ,
Primáque decutitur tenero de palmite pubes.
Infans amissum vindemia luget honorem,
Et mutata Ceres ruptis natat aurea culmis.
Interea exiliunt Nautæ, disiectáque toto
Flumine conuerrunt: magno nemus æquore surgit,
Præda patet cunctis quantùm remi, armáque possunt.
Tantùm quisque tenet, furtóque tumescit agresti:
Arboreas rapit ille trabes, volat iste per altum,
Ille oram legit, & ripâ corradit vtráque
Quicquid vel lino, vel crudo Cannabe fertur:
Flauam alij Cererem liquidis piscantur in aruis.
Remige tondentur segetes, fit flumine verso
Area, & in curuam cesserunt nautica falcem.

Descriptio Exundantis Garumnę, Supernatem vndã Vibisci vocant.

Interea fremit impatiens, incanáque terga
Flumen aquis voluit spumantibus: Ecce ruenti
Opponit tenuis se mica latentis arenæ
Quam Sceptro Deus affricuit, metámque furenti
Designauit aquæ; venit illa, legítque quod inter
Ipse Pater flauas Sceptro descripsit arenas,
Limen adoratum lambit, séque ipsa resorbet,
Et colit occultas Sceptro figente columnas.

Ex græco S. Basilij Seleucienſ. Aqua Tridento, vel Sceptro tacta quiescit.

Fac regnum LODOICE, *furens exundet ab alto*
Turbinis impulsi rabies, & naufraga tellus
Collidatur aquis: Summo si littora Sceptro
Tangis, & in trepidâ signum describis arenâ;
Ignauæ tumor ibit aquæ, se colliget illa
Seditio, Sceptróque lubens se subdet amico.

Sceptrum Regiũ cum Tridente collatum.

C

4 *Quod superest, non hîc referam quid Sceptra Deorum*
Cætera fecerunt, vel quanta potentia Sceptro.
Nonne vides purâ Pallas vt nititur hastâ?
Hasta, Palladis Sceptrum *Illud erat duæ Sceptrum, quo nisa, duellum*
Femina suscepit, pulchrásque ornauit Athenas.
Littora Neptunus pulsans, vt fama, Tridenti
Dicitur instructâ portum ditasse carinâ
Quam mutauit [k] *Equo stolidum genus: At dea Sceprum*
In purâ defixit humo, quod fortiùs hærens
Mutatum in viridem se se subiecit Oliuam,
Inde Olea est habilis Sceptris, & amabile lignum.
Thyrsus, Bacchi Sceptrum. *Thyrsus erat Baccho Septrum: testabitur Indus,*
Gangésque, Euphratésque, atque ipsa repagula mundi,
Quæ non pampineo susceperit ardua Sceptro.
Mercurióque fuit Sceprum, quo grandia Diuûm
Caduceus, Mercurii Sceptrum. *Sustulit, & posito pacauit bella tumultu,*
Illo, felices animas ad pinguia duxit
Tartara, & æternam lauri florentis ad vmbram:
Tolle Dei Sceptrum, nulla est concordia cœlo,
Nulla quies, aut Elysium felicibus Vmbris.
Cum illis confertur Sceptrum Regium. *Si tecum,* LODOICE, *Deos conferre minores,*
Fas, æquúmque foret, tibi se, nec Fuscina ponti,
Nec rigidæ victrix opponeret hasta Mineruæ;
Nec Thyrsus Hedera, nec tortis virga Colubris.
Sed maiora cano Sceptri miranda, pigétque
Dicere præterea Diuûm Vulcania Sceptra.
5 *Virga fuit Mosi (sed enim dixere latini*
Virga Mosis, Sceptrũ erat: Eius vis. *Regalem melius virgam quod Græcia Sceptrum.)*
Hoc Sceptrum mirata ingens Ægyptus, & ipse
Impia qui rigido durauerat Ilia ferro,

Vidit in Augusto quàm sit vis ardua Sceptro,
Molliuitque ferum pectus: Sceptro omnia Sceptro
Imperio in magno vidit confusa, nec vltra
Vim sufferre potens, Sceptro se subdidit vni,
Horrendum alta prius vomuit qui virus in Astra,
Fortia sic animos contundunt Sceptra feroces.
Nunc agedum, LODOICE, *tui mirabile Sceptri*
Agnosce Ingenium, interea, dum fortior ætas
Firmabitque manum veniens, Sceptroque ferendo
Illa parem faciet Virtus quæ fluxit ab Astris.
Cætera tum tibi Sceptra cadent, & prona tuum se
Ante ferent Sceptrum, & posita ceruice feroci
Cuncta colent Rex magne tuum, ceu turba minorum
Illa fuit Sceptrorum olim, quæ subdita Mosis
Stabat ad imperium, aut Sceptri virtute cadebat.
Si sit enim, qui fortè tuo se subdere Sceptro
Nolit, & Imperium dura ceruice recuset
Accipere, heu quid agit! vel quas in vertice clades
Impendêre sibi nescit! tunc aspera surgent
Sceptra tua, LODOICE, *manu, furiosáque rumpent*
Quicquid erit contra: reliquis vt fortior vna
Virga fuit Mosis, quę se reptantia contra
Artibus infestis mutatæ Sceptra figuræ
Contudit, & vanas absorbuit vnica virgas.

Sceptrũ Regium cum virga Mosis coc latum.



BRACHIVM AVREVM ET MANVS EBVRNEA IVSTITIÆ.

Iustitiæ manum ereptam nostro carmine restituimus.



TE procul Vates, manibus, qui maxima centum
Monstra mihi, Pelopémque humero cantastis Eburno!
Vósque, manu Themidem qui depopulastis utráque
Aggressi lacerare Deam, *si barbara Thebis*
Gens inuenta fuit, tantum quæ crimen adorta
Iustitiæ dextram eriperet, stat carmine dextram,
Et vulnus reparare manu, Te D*iua, tuúmque*
Tutamur (modò si menti illabaris) honorem,
Atque tibi niueam pulchro ferrumine Dextram
Iungimus in fului ramo felice metalli.
Tu modò me, Lodoice, *iuua, nutúque trementem*
Confirma bonus, & nostram non passibus æquis
Ad tua reptantem fastigia, suscipe Musam:
Quod reliqui manibúsve queant, vel corpore toto,

Hoc nutu, LODOICE, *potes; Tum si mihi dextram*
Subijcis, inque manu Musam sub fasce cadentem
Excipis o! quàm pulchra cadet, lapsúque superbo
Aurum inter, LODOICE, *manúmque natabit*
Eburnam!

1 *Sancta Themis quondam (vt fama est) crudeliter ora,*
Et corpus laniata, velut cùm feruidus instat
Vi lupus, & tenerum furiosè incumbit in agnum,
Trunca manus ambas (hoc illi perfida damnum
Curia Thebarum intulerat) [1] *vestémque surerbam,*
Atque oculos effossa ipsos: ductore sine vllo
Cæca tenebat iter patrium, quod ducit ad Astra:
Venit eò Diua, *& lacrymans (nam lumina, solis*
Seruarant lacrymis non consolabile munus)
Parcite, ait, Superi, & generis miserescite vestri,
Si non tango Aras, & Puluinaria rite
Prendo manu, non culpa mihi, non crimen adhæret
Contempti fastu officij, Diui date Dextram,
Et laceras reparate manus, si fœdere dextras
Vultis ego iungam, & supplex altaria tangam.
Creditis, ô Superi, *vestrum genus esse, quod in me*
Aspicitis simulacrum horrens? sed lumen vtrúmque
Accisæque manus desunt, pars optima vestri.
O! *Cœlum! ô Superi! ô generis vos Sidera nostri*
Nescio si Cœlum est, genibus quod conscia verro:
Si *Cœlo potior, Cœlum nec tangere, possum*
Trunca manus, nec cœca, poli conuexa tueri:
D*icite, quæ superest* Coelo *potiunda voluptas?*
Respicite, ô Diui, & vestros lustrate Quirites,

Iustitiæ contra Thebanos expostulantis ad Deos oratio.

Aurea compositis Cœli stat curia membris.
Nullus erit, manibúsve carens, vel lumine læsus,
Iustitiam præter, vestrum sua quisque tenetis:
Vestra dedi vobis, (sed enim nouit quoque liuor)
Et sua Iustitiæ non sunt: stat candida Iuno,
Stat roseas Auroræ manus, sunt aurea Phoebo
Brachia, sunt niueis, si fas est dicere, dextris
Furua Deûm Soboles, atque Orci spuria proles,
Et mihi iurabant quondam, me de Ioue summo
Esse satam, nullíque hominum, nullíque Deorum
Cedere, adulando vestros me fallere Mystas,
O Superi, potuisse, & vos! quis talia fando
Crederet: & tales animis coelestibus esse
Artes fallendi? vel Membra recudite, Diui
Aut Iniustitiam vestri corrupta Senatus
Declarabo viris, magnáque hoc voce docebo,
Discite Iustitia moniti contemnere Diuos.

2 *Talibus orabat dictis Dea, & horrida in altum*
Brachia iactabat lacrymans, res illa furorem
Armauit coelo, & Superûm chorus infremere omnis
Visus erat subito, labémque parauit acerbam
Vlcisci bello, ni se Diuûm Pater, intra
Agmina iecisset cocco feruentia motu,
Voce manúque altâ accensos dispescuit ignes,
Et Virgam extendens solio compostus eburno,
Quid facitis, Superi, dixit! quid bella paratis,
Armatámque manum? non vis, non iurgia possunt
Iustitiæ reparare manus: absistite bello.
Est Iniustitiæ species, tentare per arma
Iustitiæ caussam tutari, & condere leges.

Stat Deorum cõcilio Iustitiæ manum ereptam restituere.

Hæc vbi dicta, silent Superi, & componitur omnis
Seditio; Diuámque tuens, sic rursus ab alto
Incæpit Pater ipse loqui. Depone querelas
O mea Progenies, nec enim tot vulnera tandem
Eripient te Diua tibi, nec tu minùs illis
Agnoscêre malis poteris, quin fortè per illas
Esse cicatrices formosior ô Dea, quantô
Te magis hæc, formámque tibi læsere priorem.
Me ne vides Diua! ille ego sum, qui paruus in antro
Vagij, & exilium, & pestes, & acerba venena
Sustinui non natus adhuc, hæc Fulmina Capræ
Debeo, quósque vides, fecit Tolerantia Diuos.
Diua tuum misereſco genus; satis esto, quòd omnes
Mouisti pietate Deos; Si Fulmina gesto,
Illa volant, rapidéque tuos torquentur in hostes,
Ni melior punire via est: Quòd lumina desunt
Suffosíque oculi, damnum tibi Diua ferendum est.
Sic Pluto, sic Magnus Amor, duo grandia Mundi
Numina, tecum vnà, casu torquentur eodem:
Sidera quin etiam coelo quot coeca feruntur?
Mundus enim te Diua suis solatur in Astris.
Námque tibi succisa manu, quòd brachia pendent,
Nempe mihi talem certum est sarcire ruinam
Et sectas reparare manus, Pars optima nostri est
Quâ tu Virgo cares: quis enim succederet Astris
Parte sui meliore carens, Coelúmque teneret?
Scanditur in Coelum manibus, sic itur ad Astra.
Spera igitur mea Progenies, te curia Coeli
Te Superûm chorus omnis amat, quin quod tibi damnum
Commisere feri Cyclopes, & horrida Mundi

Iouis Iustitiam lenientis oratio

Pati multa, Deos facit.

Coecam esse Iustitiam, Deorum iudicio expedit, Dii præter illam cœci.

Secula: non minimum tibi Virgo parabit honorem.
Brachia de solido primùm formabimus Auro
Ossa Auro, venásque tibi conflabimus Auro,
Aurum sanguis erit liquefactum, ipsæque Medullæ
Concreto *formatæ* Auro, *per brachia current.*
3 *In summo, tibi Diua Manum nectemus Eburnam*
Candenti *de* Materia, *(neu despice munus*
Neu commune rei pretium te Virgo moretur)
Multi etenim hoc Superi, *multi stant munere Reges*
Conspicui, & multæ cuperent sibi talia Diuæ.
Ornamenta dari, sed enim quas gloria frontis
Purpureæ radiosa trahit, candore superbo
Dentis, à & formæ studio laudantur Eburnæ.
Illa, vides nostro regnat quæ prima Senatu?
Pectus habet quo vincit Ebur, Iam degener Auri
Gratia sordescit, pretio si certat Eburno.
Sunt Eboris Veneri dentes, & Eburnea colla:
Nympha soror Phoebi, pharetrâ venatur Eburnâ,
Arcus & in frontes Phoebi se flectit Eburnas.
Ipsáque consilium formæ quæ rustica iecit,
In *studium, Martémque suos partita labores,*
Illa tamen, Peltáque simul se iactat Eburnâ
Fibelláque libros morderi gaudet Eburna.
Coelum *prætereà cultu num ridet Eburno?*
Sunt Ebore exculpti postes, & Eburnea valuæ,
Quæ Coeli *patet ampla domus. Qui Nectaris vndam,*
Asseruant Cyathi, *pedibus nituntur Eburnis:*
Ornat Ebur Fulmen, capulóque excusat honesto
Materiæ liuentis opus, tristémque figuram.
Est infra quod tangis Ebur, conuexáque Coeli
Atria,

Eburnea dextra Iustitiæ restituta Eboris dignitas & pretium apud Cœlites.

Atria, tessellis densim sculpuntur Eburnis.
Denique & in Solio nos Diua sedemus Eburno
Si dubitas, Sceptrúmque manu gestamus Eburnum.
Sic ait, & Virga leuiter percussit Eburnâ
4 *Illa solum verrens, Solio successit, & omnes*
Assensêre simul dictis: Hîc stabat anhelans
Lemnius, inspersi ramento sordidus Auri,
Qualis ab obscurâ veniens reptauerat Ætnâ
Concretus cinere, & quoties dimouerat ora
Puluercam nubem flatu sorbebat anhelo:
Olli cura datur conflandi Brachia Diuæ:
Ille capit massam, totóque à pondere vellit
Magnam Auri molem, & solerti forcipe versans
Tingit in Ambrosia, & magna maturat opus vi:
Brachia felici surgunt formata metallo.
Aptantur subitò, vitámque per intima flatu
Inspirat venis Dea, mox tornantur Eburnæ
Pulchro dente Manus; voluit quas Iuppiter ipse
Iungere; nec paruis tantum commisit honorem
Cælitibus, positáque Manu sic fatur, & omnes
Confestim siluêre Dij. Talis tibi Diua
Debebatur honos, & si te vulnera quondam
Reddiderant tibi despectam: Te virgo tuúmque
Nosce genus, quod, si dubitas, tibi Brachia pandent,
Pársque tui melior Manus vna putabitur esse.
Sed quid ego video? tibi se iam colligit atra
Tempestas glomerata procul, ne rursus eidem
Lucteris scopulo, atque in te ruat vnda malorum
Ab Manibus pellecta tuis! neu Diua Ministris
Te prædam ipsa tuis facias, ambesáque circùm

Conflâtur à Vulcano brachia aurea.

Periculum ab aureis brachiis, & auaris ministris Iustitiæ prædicitur.

Mille tibi liment rodentes brachia Cancri.
5 *Esto tamen secura metu, námque ardua contra;*
Constituam tibi diua Virum de sanguine nostro
Qui te amat bonus, atque tuos ardet Hymenæos.
Is contra insidias te Diua tuebitur omnes,
Et Regnum dabit, & pulchram pro dote Coronam;
Atque adeò vt tanti non sis ignara Mariti:

Cauetur, Tutela brachii aurei Regi Galliæ cōmittitur.

Rex est Francigenûm, latè qui regnat in oris
Fertilis Europæ; Ille tuum seruabit honorem,
Auxiliúmque feret: sed enim quia sexus et ætas
Imbellem faciunt te Diua, Comesque scelestus
Aurum, inter medios lacerandam exponeret hostes:
Esto vna contenta Manu, Dextrámque potenti
Seruandam (sic Fata iubent) committe Marito;
Ille parem Sceptro *læua portabit, & æquas*
Inde trahet vires, populísque fauentia iustus
Iura dabit, totóque ferens se corpore Regni,

Eburneæ dextræ maiestas quanta.

Latè pacificas Manus vnica flectet habenas.
Quid memorem quàm læua tuâ dabit omnia Dextra?
Quid per quod populos, vel quot Manus vna per vrbes
Ardua regnabit magnos complexa Senatus?
6 *Sic ait, & Coeli Cortinam ac vela remouit:*
Apparet subito speculi crystallinus orbis.
(Quem Diuæ Pater ipse dedit tùm posse tueri)
Hoc latè in speculo Mundus, magnæque fluebant
Instar aquæ gentes, & se tuditantia cirùm
Secula pellebant, ac nondum vertice toto
Conspicui Reges longa pòst gente futuri.
Ergo manu Virgam intendens, sic ora resoluit.
Ille, vides toto qui se iam corpore iactat?
Ille coma pulcher, longáque in veste verendus?

Is virgo Clodouæus erit, qui primus Eburnam
Gestabit Dextram, & Sceptro præponet auito:
Proximus ille, caput medios qui surrigit inter,
Karlo-Magnus erit, qui cùm sub Gallica Sceptra
Viderit aduolui Mundum, & procedere gentes:
Ille tamen regnando, Manu plus vincet Eburna,
Quàm faceret cataphracta manus: quos hîc Dea cernis
Per medias certatim alacres feruêre catervas,
Est Magni generosa cohors de gente CAPETI:
Pars Karoli, Henricique, etiam pars magna Philippi:
Sed longum LODOICI *implent ex ordine Ramum*
Pulchriùs, & LODOICORVM *fit linea Diues.*
Nonne vides Diua, vt reliquos iam fulgurat inter
Pulchrior ignis? erit Virgo quondam is tibi Pollux,
Atque tuæ Tutela Manus: tu lumen adora
Venturum interea, atque adeò ne fallere, magnum
Tertius à decimo LODOICI *Nomen habebit:*
Maior eo non antè Manum gestauit Eburnam,
Sed nec maior erit. satis est prædicere; námque
Quod superest, faciendo, Manu complebit Eburna.
Dixerat, & Cœlo plausum fecêre profundo
Quotquot erant Diui: Virgóque hîc multa parabat
Dicere, sed vacuum Superi soluêre Senatum.
Ergo capit Virgam ex Auro cui stabat Eburna
Iuncta manus, gremióque tegit, Soliúmque Tonantis
Aduertit genibus, Cœlum testata, Deósque
Quantus Amor sibi Francigenûm sit Principis, & se
Nec Reges habituram alios, nec cætera Regna
Illi æquaturam Imperio, dum, Nominis, inquit,
Huius erit Princeps, Regni qui flectat habenas.

Prædicuntur Reges Galliæ Eburneâ dextrâ insignes futuri.



VEXILLVM
AVRI-FLAMMA

Quicquid dictũ est hactenus, fuit Fumus Auri, iam ipsa dicetur Auri Flamma.


1 *VICQVID adhuc* LODOICE *tuli, seu Regia Sceptra*
Seu Phialã, seu tangere opus dicendo Coronã:
Auri FVMVS erat, puri nunc FLAMMA Metalli
Ipsa micat, trepidàmque hebetat fulgore Camoenam:
Ac velut impatiens volitat per Lumina flammæ
Candela radiante culex, & credulus errat,
Donec in ardenti pennas insebat hibisco,
Non aliter, cùm FLAMMA tui me perculit AVRI,
Non vox, non animus, non Vena superfuit ipsa:
Certatimque meæ trepido glomeramine Musæ
Densantur FLAMMAM circa mirabilis AVRI:
Et quem non rutili perstrinxerat aura Metalli
Hactenus, inflecti neruos, & pectus honesta
Sensit Auaritia, pulchráque cupidine tangi
Quæ vis ô Superi! vel quod tam grande sub Auro
Fulguris Imperium dominantis in omnia latè
Pectora! vt aspecto conniueat ipsa metallo
Integritas! toruæque fluat constantia mentis!
Ipse (fatebor enim), vitæ quem nullus ab ortu

Fulgor adorati percusserat insitus Auri.
Sentio nunc alacres animi trepidare sub Auro
Et celeres fuluo gestire sub impete venas. Auri vis mira, sensus excantat.
FLAMMA tui, LODOICE, *animum mihi perculit AVRI:*
Perculit: & potui generosæ occumbere culpæ.
Quicquid enim meditórve diu, vel somnia noctu
Injiciunt, nec Ahena *meo, nec* Cornea *Somno*
Argumenta, tui sed in orbe reuoluitur AVRI
Materies, iam FLAMMA meis, iam Regia Sceptra
Obtrudunt sese manibus, pulchrámve Coronam
Vel Tunicam squalentem Auro, *vel Lilia tango*
Aurea, *quæ pictas Tunicæ dispergo per oras:*
Et *velut* Aurifluas *exsorbet Tantalus vndas*
Exul opum per opes medias, & pauper in Auro
(Vsque adeo miseri ne simus! nos vexat & ipse
Votorum satiatus Amor!) *sic mergor in* Auro Felicitas Res Importuna.
Languidus, & quamuis Regali vena Metallo
Pinguescat, calamúsque mihi, non Tantalus inter
Aurifluas *largè sorbebat egentior vndas.*
Sed quoniam Virtutis opus, sit prima laboris
Gratia, mercedémque tulit, qui munere Reges Regi dare possunt etiam pauperes: ex Themistio Euphrade prim. orat.
Diuinxit: Pretium nostri sint Carmina *Facti!*
Diues erit, Regi quicunque merebitur alto,
Exigui vel Fontis aquam, vel Rustica ferre
Munera; nec doni pretium [n] *delibrat egestas.*
Tu modò me rutilæ niuentẽ ad lumina FLAMMÆ
(Quo sine mens perculsa cadit) ne desere Princeps
Interea, *dum me circùm volat* aurea Flamma

Luce repercutiens oculos; & Carmine nostro
Ducitur æterni purissima Vena metalli.

2 *Est procul in Lemmo, qua se Vulcania Pubes*

Terra sterilis ad reliqua, Aurum parit.

Exercet ferro, gemitúque fatigat Olympum,
Brachia sub duris incudibus horrida iactans
Insula, (desertis aliàs abrupa cauernis,)
Non illic perhibent homines; non dura ferarum
Secula, non quiduis ratio mollissima vitæ,
Et mores docuère boni, non tecta domorum
Esse, sed incultas Mundi squalentis Arenas,
Terræ ° caluities, rigidos glabreta per agros,
In quibus, exiguæ calamus streptat auenæ,
Ingruit, & totam macies exsugit aristam.
Nec Cereri tamen apta licèt nec idonea Baccho,
Nec pecori sit amoena Seges, nec vernet in hortis,
Non tamen in varijs est ditior vna Metallis,
Tota vel est Venis fœcunda, vel aspera Gemmis.
Semper enim vel diuitijs, vel munere cœco
Excusatur agri macies, & ruris egestas.

Similitudo ex Philone Hebræo cur sterilib' terris Deus Aurũ indidit.

Vt Reges, si forte viro matura, sed ore
Virgo sit informis, non illam Regia proles
Non multi petière proci: deserta cubili
Exigit interea viduos iam nubilis annos,
Ardet enim Pater, & pretio non parcit, vt olli
Non indigna domo fortuna, paresque Hymenæi
Obueniant, & si primósve refingere vultus
Non potis est, roseúmve genis infundere Nectar,
Nititur, vt saltem pretio quæratur, & illam
Pondere gemmarum, variisque monilibus ornat.
Haud aliter, si quando seges non commoda Vino.

Non habilis dono Cereris, non florida Campis,
Non Oleis, vel Melle fluens, sed inhospita cultu,
Dura supercilio, pendentibus horrida saxis:
Hanc nullæ coluêre manus, nam gratia ruris
Nulla fuit, duros quæ cogere posset Agrestes.
Verum illam Pater Omnipotens si forte metallis
Inserit, & pulchras vteri sub carcere venas
Seminat, accurrent examina mille Procorum,
Non deformis erit, pretióque placebit, & illam
Haud paucæ coluêre manus, nam gratia ruris
Multa fuit, duros quæ cogere posset Agrestes.
3 *Cyclopum hanc igitur gens dura reuellere terram,*
Carbonémque nigris exercita flare cauernis,
Dum sequitur Venas per deuia rupibus antra,
Et varios fibrarum artus, ac ducere ferrum
Se putat, éque suis ignobile marra metallum
Dentibus extricat, Glebam felicis in illo
Materiæ, cæcúmque iubar per sordida Plumbi
Viscera miratur, miratur & insuper ipse
Qui reperit Brontes, subitáque cupidine tactus,
(Nescius ô quantum manibus versaret honorem!)
Accipit, & massam tersâ rubigine primùm
Injicit in rapidos structis fornacibus ignes.
Sp. sanmum dedit inter opus, nam victa valore
Materies sensim cùm soluitur, omnia latè
Dissipat, & liquidas fugiunt ramenta per auras
Quotquot erant admixta, micat lux pura metalli:
Non aliter quam cùm roseas Aurora per orbem
Dispergit formosa comas, dispescitur omnis
Quæ super incubuit liquidæ nox horrida, Terræ.

Prima Auri Inuẽtio casu facta.

Auro vnde nomen datum.

Hinc reor AVRORÆ de lumine, condidit AVRO
Nomen, & ambrosiâ fulgorem cepit ab AVRA.
Vt primùm dedit ex calidis fornacibus ignem
Fulgida materies, piceas fulgore tabernas
Cyclopúmque domos lustrauit, & horrida Fornax
Quæ prius extiterat nigri contage metalli,
Iam ferrugineum posuit mutata colorem,
Nec gemuit velut antè, graues sed molliter ictus
Materia minuente tulit: sub pondere risit
Malleus, ac teneris mollita laboribus Incus.
Nec mora, cùm famam crebris dispersa tabernis
Audijt artificium sub rupibus horrida pubes,
Sulphureas liquêre domos, tonat Insula pulsu
Ardua, ferratique gemunt in cardine postes.

Describuntur Cyclopes & ferrarii, Illutibarbi, vt vocat Apul.

Pars, laterum succincta tenus: pars, Nebride Capræ
Ilia tendebat, circùm detrita Supellex
Armabat rigidos suspensa foramine renes:
Ostêdunt alij pectus: villosáque membra
Ferrea laxato distringit fibula morsu.
Pars, birrho sordente caput, pars vna, tegebat
Gausapina, nabatque fluens incædua sylua
Pulueréa sub fronte minax, pars, Cannabe mento
Impexum tulit, ac non extricabile Vellus.
Quin etiam Pater ipse fuit, qui ductile ferrum
Attenuans ad inertis hebes mucronis acumen,
Intermisit opus, famámque secutus, & ipsum
Nomen inauditi Fornacibus antè Metalli,
Vt vidit fulgere procul, correptus amore,
Indomitæ venas ardere cupidinis æstu
Sensit, & ô Iuuenes, dixit, Vis intima cordi

Nescio

Nescio quæ delapsa meo, mihi molliter ossa
Deuorat, & tacitas exsugit sæua medullas.
Versat vtráque manu, pòst, sensibus admouet ipsis
Mirandæque rei, nunc hos, nunc consulit illos:
Et non sufficiunt sensus: ardente camino
Explorat, vel tingit aquâ, vel forcipe vellit,
Semper idem manet: Interea feruêre Iuuentus
Et venas populare omnes, ceu quando sub alto
Venatur scopulo catulos absente leænâ
Detraxit, memor inde locum sub mente recondit.
Sedulus, & lustrat vicinam indagine rupem.
Haud aliter Pubes Vulcania feruet in auro
Ambitione ferox, certatímque aduolat omnis
Non incerta loci, cæcásque reuellere fibras
Arte, manúque parat, Magno stant pondere Marræ,
Stant Trabebæque graues, & tristi lumine Tædæ
Magnaque multiplici, distincta foramine Cribra,
Armave præterea, subito quæcunque vel vsu
Vel docti ratione tenent, euertitur omnis
Area, & emotis gemit Insula fundamentis:
Insudant operi, furtum nec ducitur esse
Si quod quisque rapit, sed merces & aurea præda.
3 *Ergo runt, lateríque faces, & lumina fronti*
Annectunt, seséque vltro per nigra viarum
Insinuant, & sulphureos cum Lampade tractus
Explorare iuuat, veníse fugacibus vltro
Rixari, ambrosius labor est, & dura voluptas.
Sed quoniam pretiosus honos non venerat Auro:
Ingenium siluestre fuit, naturáque primùm
Turpis auaritiæ, nec adhuc vrbana Cupido.

Cognoscendo Auri pretio sensus omnes admouētur & alia examina mille.

Arma eruendis metallis apta: ex Agatharchide apud Photiū Patriarch.

Luctari cum metallis labor voluptuosus.

Materiam, quam quisque gemens de corpore Terræ
Extudit, agrestes primùm vertebat iu vsus.
Luxuriosa auaritia, & sordida.
Ille suis fuluos crepidis suppingere clauos,
Iste (pudor) seram picei, clauemque Tuguri
Materia lugente facit, sors alter in Auro
Rusticus, aut vastùm cacabi dat surgere ventrem,
Aut homini quod inepta potest industria, mentis
Indere, luxuries sic Rustica ludit in Auro.
Ingrato dare auaritę genus maximum.
En sumptus Natura tuos! ah Prodiga rerum
Quid facis! ínque tuo Ingratam te munere reddis!
Qui dedit Immerito, doni vel perdit honorem
Vel facit, vt postquam dederit, credatur auarus.
4 Scilicet, & factum nostro par tempore damnum
Lugeo, & æternas pro munere fundo querelas.
Ambar enim (seu virus aquæ, seu spurca furentis
Esse velit sanies Pistricis, & ater abortus,
Cui dat Naufragium vires, & pontus odorem)
Cum primùm roseis pelagus ructauit ab vndis
Ambaris inuentio apud Boios Vasconiæ casu facta.
Insulua iacuit mundi Thesaurus arena
Solus, & infanti similis, quem dura nouerca
Secretas intérque vias, & confraga saxa
Fœtum barbariæ testémque libidinis, olim
Exposuit fugitiua, sui non conscia partus.
Sic Deus in sterilem deiecerat Ambar arenam,
Donec vicino descendit monte Bubulcus,
Quem ferrugineis lacrimosa Colonia Boijs
Et circùm Medulas Pix fumida tinxerat oras:
Ibat forte viam, solitò qua pinguior vnda
Littora viscoso signauerat arida limo,
Et paruas quærebat opes, cum tractus odore
Ecce videt tenui Fungosum cortice Corpus

Tamque supèr vario filicatum tergora filo
Vt duxisse suas videatur Aranea telas:
Hæsit ibi primùm stolidus, nec tangere dextra
Dignatus: pede sacrilego disrumpit, humique
Fragmina Materiæ se diuitis omnia passim
Disiciunt, partem cumulo confundit arenæ,
Et partem capit ipse domi, quam vertit in vsus
Immeritos, fulcrúmve tori dedolat ab illa
Vel, biberet roseos vt lintea vestis odores.
Rusticus interea veterem detrudit in Arcam
Donec odor diuinus, eo se carcere claudi
Impatiens, ligni per cæca foramina fusus,
Rancidula per aperta domi regnauit ab arca
Et pretium dedit ipse sibi: tum cognitus Ambar,
Et latè Ambrosium respergere cœpit odorem.

Ambar à Rustico inuentore Ignominiose tractatū.

Non secus inuento primùm res contigit Auro:
Vnde feros mores & rustica corda putandum est
Non potuisse Pati, vel dissimulare, Superbam
Materiem, quin sæpe cauis in rupibus icta
Ingemeret, iustos Superi *testata dolores!*
Tam stolidas ab nacta manus! Rem vidit acerbam
Ipse pater Vulcanus, &, ô, quid Barbara Pubes
Quid facitis, dixit! non est hæc debita vobis
Materia ô Iuuenes pretiosa; facescite nugis.
Dixit, & infectum corradit ab omnibus Aurum
Et legit in Palacram, & sese subiecit Olympo,
Limen adoratum verrens, & eburnea valuæ
Ornamenta, (rudi fuerat sic insita primùm
Dente Domus, nam nullus honos tum cognitus Auro)
Ingreditur Pater, & Cœli mirante caterua

Aurū deformita.

tem Vulcani excusat.

Pulchrior incedit, nec enim si sordidus olli
Vultus erat, nigrúmque caput fuligine, vel si
Luxatam ingrediens traheret coxam, ægráve lentè
Reperet ad motum, Superi vidêre, sed omnes
Fulgida non visæ pendent ad lumina formæ,
Pulcher erat, quem Materies tam puchra tegebat,
Excusans rigidamve cutem, vel si quid in illâ
Rugosum, piceâ ferrugine fumus arabat.
Turba fit: Ante Iouem pleno cadit ille Senatu

Vulcani Aurum ferentis ad Deos oratio.

Et sic ingreditur contrà. Te maxime Mundi
Rector, & Indigetes Superi, vósque ardua Templa
Cœlituum, manet omnis honos: & si qua per orbem
Rara, velut clausis nasci contingit in hortis:
Vos Domini rerum, vestri sunt nostra fauoris
Munera, si qua damus, vos posse dedistis, & inde
Exoritur donum, nobis est gloria doni:
Ecce quod é nigris Lemnos fæcunda cauernis:
Inuisum tulit antè genus, quâ lecta Iuuentus
Vrgebat validis armata ligonibus agros,
Nescio quid fuluum crepuit sub dente, quod AVRVM
Noster ab AVRORA *populus, vel dixit ab* AVRA.
Rustica gens, nec enim dotes vel forma Metalli
Cognita, & à solo nomen fulgore petitum.

Auro insita vis quæ homines ligat, & Deos auaritiâ tangit.

Certé si qua latet Natura, vel ima Metallo
Insita vis, hominésque ligans & pectora Diuûm
Nescio, nec nostrum Superi cognoscere caussas.
Sed fateor trepidasse mihi fulgore sub isto
Inflexas animi vires: & si licet vltra:
Quid sit Auaritiæ l.b.s (de sanguine vestro)

Sensimus ô Superi, & Diuino in pectore, fixum
Nescio quid Mortale hæret. Nec plura moratus
Porrigit: accedunt Superi, fit cæca voluptas
Tangere quod nulli notum est, inflammat amorem
Ignorata rei virtus, dum tangitur, vrit
Interea, & tacitis desæuit in ossibus ardor.
Ipse Pater cuius rigidis est horrida dextra
Olim Fulminibus, ferróque assueta Tonanti
Cum tetigit: digitósque sibi mentémque seueram
Mulceri tacitè sensit, labique per imum
Molles Illecebras sæua inter gaudia pectus,
Nec se dissimulat captum: fit gloria vinci
Victores inter, dominosque, & cæca Cupido
Inter adoratur Superos, iamque apta Metallo
Nomina quæruntur: Vel enim sunt Tubera Terræ
Quæ, postquam Ambrosiæ, vel Nectaris ebibit Im-
brem,
Molliter inflata sudans formauit in aluo:
Aut fuluæ Cerereis ? Glebæ, quas proxima pulchri
Porticus Elysii subiecit, & area lauro
Consita, quam densæ sternunt pro puluere Gemmæ:
Inde vbi per fibras Telluris, iterque profundum,
Ad certum venêre locum, Color additur ollis,
Et Rigor, ac fului species fit pulchra Metalli:
Sunt alij, quibus haud placuit tam nobile nomen
Indere, & à varijs stat ponere turpia caussis:
Nam, vel Carnificem vitæ, vel cordis Auernum
Dixerunt alij, Furcamve, vel horrida Tigna,
De quibus ab ! pulchro Virtus suspenditur Vnco.

Vinci ab Auro inter Deos victoria est, quid inter Mortales?

Diuersa Auro nomina à variis caussis imposita.

Aurum patibulũ virtutis, Auarus cordis, Carnifex vitæ.

Haec vbi facta, ruunt Superi, statque omnis in Auro
Fixa cohors, iam Dextra tenet iam lumen vtrúmque
Ardet in aspectu, coram iam Corda tumescunt
Et saliunt Venae, pars magna putatur honoris
Insanire Deos: minor est, qui se minùs Auro
Porrigit, inflexúmque minus se praestat ab illo.

5 *Ipse Pater stetit ante alios, Fulmènque Metallo*
Affricuit, croceúmque videns albescere ferrum,
Risit, & innocuos intorsit molliùs Ignes.
Hoc Iouis exemplo Superi fecêre, Domúsque
Antè, pauimento quae fulserat omnis Eburno,
Se totam croceo pallescere vidit in Auro:
Et furtim formosa Deos se miscuit inter
Ambitio, quod quisque potest, de pondere vellit
Sedulus, & quod habet reliquis praestantius, Auro
Illinit ardenter, Crines formosus Apollo:
Virgam Mercurius: Diuûm Regina Cothurnos:
Libram sancta Themis: pallentes Cynthia Bigas:
Cypris Vtramque Manũ: Venas atque horrida Mauors
Brachia, quapropter Belli iam Neruus in Auro
Ponitur, & Digiti Paphiae, sunt Hamùs Amoris.

Deorum singuli, sua auro affricāt. Imitatio ex Rōs.

Quin etiam Lenaee Pater, cui pectus agreste
Formae nullus Amor, vel laudis inebriat, Ipse:
Ipse tamen voluisti Auro Cratera profundum
Immanémque aluum ciathi turgentis ad oras
Tingere, non sine mente ratus, meliora videri
Vina, laborato quoties potantur in Auro.
Sic igitur fecêre omnes: Coelúmque repentè
Fulsit, & aurato riserunt cardine postes.

Vinum in Auro melius est, quippe ambitiosa sitis est, nec solus liquor, sed etiam poculum ipsum sititur: D. Orientius in Monit.

Conciliúmque vocans Diuûm Pater, atque hominũ Rex,
Nunc, Superi, dixit, vester se nouit Olympus,
Et Coeli putat ampla Domus, iam sumere nomen
Quod fortuna loci vestérque merebitur ordo:
Coelum carcer erat, iam lumine consitus Auri
Pulchrior est, statióque Deûm sit Numine digna.
Verùm, Fortunæ quoniam pars vna putatur
Contentum non esse bonis, ni reddis Amicos
Participes, grauidóque seges decrescet aceruo
Quæ compressa domi seruabitur, En age crescas
O diuisa Deos inter Fortuna Minores.
Nostis enim Superi (nec fas nescire potentes
Maioresque Deos) genus esse è sanguine nostro
Quos ego præfectos volui mortalibus agris,
Et regere imperio populos, gentémque suberbam:
Inde vocant REGES, *Superísque minoribus illos*
Æquiparant certatim omnes: hos munere tanto
Dignos esse reor: nam si consciscitis omnes,
Sentio vt in calida domitum fornace Metallum
Soluatur subito, & partes discedat in æquas:
Tum quod erit solidum resoluto pondere corpus,
Ibit & in Massam, *nostros seruetur ad vsus.*
Ex illo Phialæ, ex illo sit nostra Supellex
Cymbiáque, & quæcumque Domus Diuina reposcit.
Propterea Ganymedis erit, vel si quid Eburnum
Primula vel si quid Samium formarat egestas
Frangere, & ex fuluo melius conflare Metallo.
Pars autem tenues subtilior ibit in auras:
Pars in Puluercam fundo subsîdet Arenam:
Et pars in liquidam mutabitur aurea FLAMMAM.

Felicitas vera se ipsa contenta nõ est ni reddit felices alios.

Aurũ igne liquescit deorum Iussu.

Quod ex auro solidum est Dii seruant, ad cœli vsũ

Cætera Carbones, vel erunt pars cætera Fumi.
Auri diuersæ partes diuersis Regibus & Regnis dantur.
Ergo distribuam Reges hæc inter Amicos,
Et memores regnare mei, vestrûmque iubebo
O Superi; & facient stabiles hæc dona Coronas.
6 *Præcipuè reliquos inter mihi maxima cura*
Impendenda manet Regi qui Gallica iustus
Sceptra tenet, populóque fauens dat Iura fideli:
Olli Nectareæ subiecimus vbera terræ:
Olli Neptunum duplicem; mollem aëris olli
Frăciæ priuilegia inter cætera Regna cõmemorãtur à Ioue.
Temperiem, vernúmque iubar, ꝗ *Cælique medullam.*
Quid votis superesse potest vt sidera tangat,
Et Cælo potiatur humi? si Gallia nostri
Muneris, & rutili clarescat luce Metalli:
O quàm te memorem Tellus! ni desit aceruo
Res hæc vna tuo, Cælo fœlicior vna,
Vna fores cũctis præ formosissima Terris.
Non patiar Diui, Totámque implebo Coronam
Muneris incoepti. Atque hæc vt pulcherrima longè
Inter Eropæas præfulgeat vna Coronas,
Regi Franciæ Deum testamẽto cedit Auri flãma.
Addere constituti FLAMMAM *præstabilis* AVRI,
Si mens est eadem vobis: Sic dixit, & omnes
Assensêre simul Superi, plausûmque dedere.
Vulcanus stetit in medio, simul vt Pater olli
Annuit, accinctos distrinxit fibula Renes,
Et solidam curuo suspendit forcipe massam
Secturus quâ parte Pater iussisset, vt olim
Rex vbi venatum in siluas successit, eique
Mille Viri totidémque Canes latus vndique cingunt,
Si ruit interea ramoso vertice Ceruus,

Circùm

Circùm crebra volant hastilia, & ingemit omne
Latratu vel voce nemus, cadit hostia, Regis
Icta manu, atque animam regali è vulnere pulsat.
Accurrunt læti comites, It clamor ad astra,
Palpitat exanimis calidúsque recumbit in armos
Ceruus, & extincto illudit numerosa canum vis:
Stat popa succinctus cubito, ferrúmque cruentis
Sæpe tenet labris, ceruíque trementis in aluum
Condit, & ad summum diducit vulnera pectus.
Designat rex interea quâ parte minister
Percutiat, qua parte viros, qua parte molossos
Donet: Et extincti cædes est altera cerui.
Haud secus è solio pater omnipotentis Olympi
Designabat, vt has partes Vulcanus; & illas
Forcipe morderet rigido, ac fornacibus altis
Exploraret; Et ô stolidi vis lubrica Fati!
Incipiunt in id esse truces, cui nomina mille,
Mille prius dederant insanis oscula votis.
Ergo rapit Massam Vulcanus, & incoquit igne.
Paulatim illa ardet, tenuésque vel exit in auras:
Aut in puluereæ ramenta liquescit arenæ:
Lemnius extremis hæc circùm radit ab oris,
Et spargit cælum interea, terrásque iacentes.
Quæ cælum tenuere, ignes facere minutos.
(Astra vocant Graij, atque auratæ semina flammæ.)
Quæ verò tetigere solum, pars fluxit in imbrem
Aurifluum, Delphos rorantem, atque Attica regna:
Pars etiam turrim Danaës impleuit ahenam.
Hic auro liquefactus amor per conscia tecta,
Hic scintillæ auri cecidere, & crispulus imber.

Pars verò in fortes melior descendit in Iberos,
Sic voluit Pater omnipotens, aurique fluentem
Largiùs in grauidos amnes aspersit arenam.
Hinc Tagus, & rutilo vitreus se puluere Boëtis
Seque Salo rigidus iactat, stat nobilis alga,
Et iam non virides, sed fuluæ e fontibus herbæ.
Currite felices, etiam vos currite riui:
Aureus e vestrâ trudat se calculus vnda
Et nunquam exhausto fons vester bulliat auro.
Tuque potens regio, mundi pars maxima salue
Cognatus salue ô sanguis, te decolor Indus
Suspicit, aurifiri felix te gleba Peruui,
Te sibi regali constringi Gallia vinclo
Optat, & æternam firmari hoc munere pacem.
Tunc ego, Phœbæo si quicquam restat ab igne
Non patiar mutas languere in pectine chordas,
Sed referam vestras musæo carmine laudes.
Interea moles auido feruebat in igne,
Iámque erat expurgata satis, cùm lumine raro
Fulsit, & Auratam *vomuit de corpore* Flammam.
Ad *Flammam Superi tremuere, & risit Olympus*
Ac Superi Indigetes quibus est res Gallica curæ.
Illa volat rapide, donec legere volantem,
Et nebulæ plicuere sinu, quam vellere pulchro
Vellifluí Seres animarant, nec mora cæli
Nuntius, auratis talaribus adfuit, olli
AVRI-FLAMMA datur, Serum quam tela fluentem
Pascentémque sinus roseos Vexillæ tenebant.
Ad Clodouæum fertur. *Se Pater è solio medium vibrauit Eburno,*
Et Puer, I, dixit cœlo te mergere sereno:

Ecce, Clodouæum video iam bella parantem
In Saracenas acies, & Gotthica castra:
I Puer, & nostro moneas vt prælia ductu
Auspicióque gerat, Numenq́ue vt rebus amicum
Nouerit esse suis; Flammam *mirabilis* Auri
Accipe, diuino quæ bella fauentia signo
Nuntiet, ac populos amburat clara rebelles.
Dic fore sanguineas hâc edat vt auspice clades
Molliter exiguo quà labitur amne Vigenna
Pictonici fœcundus agris, vbi tradior ætas
Lapsa cauis referet de nubibus esse Sepulchra:
Tantus erit cruor, albentésque sub ossibus agri.
Finierat Pater ore loqui, cùm Nuncius albis
Aëra scindebat pennis, & remige dextrâ
Francigenis illapsus agris, mandata Tonantis
Portat, & Auratam *ter ventilat aëre* Flammam
Ter pluit, & roseæ circùm fluxere fauillæ.
Ergo Clodouæum nactus iam fronte minaci
Sacrilegos fundentem hostes, & castra ruentem,
Ante pedes protectus, humum conuerrit, Olympi
Incola, & Auratæ *pangens ter basia* Flammæ
Nescio quid cœleste loquens demisit & alis
Increpuit, rursúmque alto successit Olympo.

Prædicuntur Victoriæ hoc in signo futuræ.

Hic fuerat fortasse locus, quo, carmine dici
Debuerat iactura meo, funestáque Flammæ
Extinctæ mihi damna cani, sed parcite Diui
Indigetes, quis enim patriæ feralia vates
Damna lubens, propriásque velit cantare ruinas?

Auri flãmæ iactura, intacta quare relinquitur.



ANNVLVS AVREVS CVM GEMMA.

Post Auri-flãmæ carmen, Non fumum ex flammâ, verum ex flãma dare lucem cogito.



ET quia sunt vani strepitus fallacis Agyrtæ,
Aut vtero grauiore tument prægnantia saxa,
Cum ferrugineos vel flamma dat aurea fumos,
Vel cum futilibus lux canduit arida flammis.
Non fumum LODOICE, *damus post aurea* FLAMMÆ
Lumina, & accensas regali luce Camœnas.
Sed damus æternos quos Regius euomet ignes
Annulus, & puræ iaculatur lumina flammæ.
Quô me cúmque tuæ Rex magne, per ardua verto
Argumenta rei, mihi vena superbit in illis,
Et magnos animosa trahit de carmine sensus:
Nunc me Aurum, nunc Gemma tenet, nunc Annulus Auro
Pulchrior, & fuluo sic voluitur aurea gyro:

Illa nihil triuiale sapit, séque altior vnâ,
Spirat ad æternos nimis ambitiosa labores.
2 *Vt* Sonipes *generosus, erat qui feruidus ipso*
Quondam purpureæ viridi sub flore Iuentę;
Se rotat, Impatiens animi, cùm Doctus Equiso
Vel caput exornat, vel Carmine mulcet aheno
Sedulus, extricatve iubas, nunc librat in altum
Naturæ tormenta Pedis*, nunc hinnit ad auras:*
Nunc bibit auditam, vel naribus haurit auenam:

Difficultas huius operis similitudine iterum ostéditur.

Languida si membris semel est illapsa senectus,
Debilis, & laxo contemnitur horrida collo
Bestia, nullus honos, primæ laus nulla Iuuentæ,
Non motus animorum illi non feruidus ardor,
Aurea depictis non est iam fibula frenis,
Non phalerę maculosæ auro, non serica vestis,
Horridus antiquæ fit carduus instar auenę.
Clitellaéque grauant humeros, & fustis in armos
Grandinat, & rigido nectuntur colla Capistro.
Sic mihi Regali iam Vena superbit in Auro
Materiæ fidens, & munere freta Iuuentæ,
Dum calamo LODOICE *faues, dum currit in orbem*
Aurea, & in pulchrâ, te Iudice, certat arena.
Sed vereor nimis ah vereor! ne fessa sub æuum
Concidat, & soliti si deserat aura fauoris,
Peccet ad extremum: vel non Regalia nactum
Argumenta, meis tam lęua laboribus, vt me
Fœlicem in primis dissędeat esse Camoenis.
Quíque tuo fueram, Rex magne, videndus in Ostro
Ad carmen siluestre, senex traducat egestas.
Quicquid erit, nostrum minuet res vna laborem

Materiæ dignitas

animum dat inertiæ vel timori.

In laudes studuisse tuas, & Regia versu
Foedera coniugii cecinisse, quod Vnio firmat
Aureus, & digito qui clauditur Annulus vno.
Forte superbus ero, relegens in fine senectæ;
Quàm foecunda mihi melioribus accidit annis
Materies rerum: ô Thalamos! ô prospera lecti
Foedera! durate Incolumes, & viuite Tædæ.
Viuite; si quid enim votis, & carmine possum,
Lumen ab æternis capient mea carmina Tædis.
Si nigras Priamive faces, vel coniuge raptâ
Implorantem Orpheum canerem, vel tristis Elizæ
Non fortunatas funesto carmine Tædas,
Fòrs erat, vt vani posset tædere laboris,
Et cùm maturæ successerit hora Senectæ,
Quam Deus extremæ sub limite fixit arenæ,
Tunc studium Lacrymarer iners, & perdita vitæ
Tempora, & Ignauas non fausto Numine curas:
Sed cano res LODOICE *tuas, læuúmque micantes*
Igne tibi meliore Faces: Tu pignus Amantis
Interea Diuæ accipias: Hoc Francia signum
Donat habere tibi, signum quo flagrat amoris:
ANNVLVS est, purôque Adamas qui fulget in auro
Hoc tibi se stabili deuincit Gallia vinclo.
Coniugij, recipítque fidem, seséque vicissim
In leges ligat illa tuas; ne despice Nympham
Ardet enim demens, & honesto carpitur igni.
Et quia conatus si deseris, omnis in auras
Vanus abit labor, adde tuos dum pergo fauores,
Dúmque, tuus primùm quâ coeperit Annulus arte
Quæritur, & lapidem quis carcere clausit honesto:

Annulus cõiugii signum Regis & Galliæ.

3 *Ah si vera fides! & origo probabilis huius*
Fluxerit Inuenti! (quis non hæc somnia ducat?)
Non illam, LODOICE, *Deus, non extudit artem*
Sedulitas, ratiove, nec est sub talibus ausis
Ingenium, sed Pœna mali, quam vertiti vsus
Luxuriæ, seclum Insipiens, & nequior ætas.
Quid contra Natura querar! Dicámne vel in te
Inuidiæ latuisse scelus? quæ perfida menti
Crederis humanæ posuisse sub artibus istis
Ingenium crudele dolis, poenásque feroces
Illecebris (Tantum ne animo liuoris in vno est!)
Vel si luxuries hominúmque haud sana libido,
Æquiùs accusanda venit! quæ Crimen & ipsas
Vertit in Ingenium *Poenas, & credidit artem*
Quod vindicta fuit! Sic primitus arcta fuêre
Vincula, quæ sontem tenuêre ad saxa Prometheum,
Vincula tunc pòst delitiæ, nam cura, creandis
Ingeniosa malis, formam seruauit, & auro
Quod ferrum prius extiterat, conflauit, eique
Verrucam inclusit teretem, quæ fulgur ab alta
Ructauit specula, digitóque refulsit in imo.
Et quia per sua se vestigia voluit, ab Anno
Annulus, *aut summos quoniam ludebat ad Vngues,*
Vngulus *inculto voluit sermone notari.*
Quid referam, quia mille modi vel nomina mille
Artis & Ingenij, quibus haud sit dispar origo?
Aspicis vt celsam Gens extruit Impia *molem*
Aggressura Deos, *& iam sublimis ab alto*
Despuat in terram, & partes designet Olympi?
Expectate Viri, Deus hoc de vertice Coeli

Annulorũ origo, vel ex pœna in Premetheo, vel ex luxuria humana, quæ poenã vertitin in luxum

Annulus ex vinculo factus, verruca piscium addita pretiũ dedit

Plinus lib. xxx.

Pulcherrimę artes eâdem inuentæ ratione, Doctrina linguarum pro exemplo est.

Consilium puerile videt, ridénsque sine ictu
Diruet, & structos lapidum confundet aceruos.
Ecce ferit Linguas, ictę stant fulmine Linguę.
Et populus iacet artificum, vox faucibus hæret.
Et cupiens se quisque loqui dum credit Hebręum,
Nescio quid raucum insonuit, vel molle palatum
Supplantat teneram liquefacto gutture linguam.
Non se quisque capit, sociosve, sit iste repentè
Dalmata, Romanusve, nec est qui possit in illis
Mirandæ satis esse rei: stupet ille, loquentem
Increpitans cubito, vel murmure, & ora resoluens
Peccat idem quod & alter; erant sic omnia latè
Perdita, & insolitam tulerat Facundia poenam.
Et tamen ô stolidæ mentes! doctrina putatur
Quod scelerum vindicta fuit, vel prima luêre
Sæcula, & in [u] *poenae studio gens dura senescit!*

Purpuræ Inuētio casu facta.

Quod nisi iam spatio gemerem disclusus iniquo,
Dicere purpurei poteram vel Muricis vsum,
Vel canerem quaenam sit sanguinis eius origo,
Pulchro roribibae qui manat ab vbere baccae.
Et quali ratione, Canis [x] *Mysteria Conchae*
Sordidus ô nimium pretiosâ sordidus vndâ,
Et pictus roseá detexerat ora saliuâ,

Cassiodor, lib. 1. formul. Ep. 2. Imbrem Aulicum flammeo liquore laxaret &c.

Regius vnde Ostri flos venit, & Aulicus Imber
Depluit in Regúmque Domos, & in aurea magnae
Lila Iustitiae: Sed me vicina vagantem
Littora compescunt, monet Annulus, & vocat ipse
Regius in fulua qui fulgurat vnio pala,

Prometh. fabula. explicata, fuit is primus hominū

4 *Ergo ferunt postquam Iapeti de sanguine proles*
Coelestem aetherio subduxit ab Igne fauillam.

[Quam

(Quam reor Imperium in populos, ipsúmque fuisse
Regnandi Tyrocinium quod cepit ab Astris)
Olli de ferro Diuûm *Pater horrida vincla*
Iniecit super, & liquidi ferrumine plumbi
Brachia firmauit: quoniam vel ferrea moles
Regnantem, rigidúsve labor, sub dura premebat
Pondera curarum; atque Aquilas *sub corde gerebat,*
Testes Imperij vigiles, & symbola Regni.

Rex, Regni Infulas habuit, Annulum, & Aquilas.

Ex illo vt fama est Aquilas *Romana tulêre*
Agmina, & agrestes calcauit Roma Maniplos.
Quin & propterea successit Regibus Ipsis
Annulus, *& pulchræ radiarunt lumine gemmæ.*
Sed quoniam sors est Regnantibus æquior, & iam
Conditio Rerum *Dominos non vrget acerba,*
Qualis erat peiore æuo, cùm Regna Prometheus
Fixit in humanis olim non cognita rebus,
Annulus *ex auro datus est, non Improba ferri*
Materies, Chalybúmve rigor, vel fibula nodo
Aspera, quæ saxi religaret ad ardua Reges.
Tunc erat Alcides seruili magnus in Ostro;
Rex hominum, superûmque Comes, sed rustica forma,
Os vastum, nudí que pedes, hirsutáque membra,
Dextra grauis clauâ, natíque laboribus armi,
Non digiti gemmis, non læuor idoneus auro.

Vnde Aquilæ Romanis datæ sunt, & Annulus Regibus.

Plin. lib. 27.

Hercules Rex Thebanorũ dura primùm habuit ornamenta, clauã & annulũ ferreũ.

Thebanus fuit ille Feri sub rupe Magistri
Pollice formatus rigido, sed cultior illo
Gallicus Alcides, qui primus agrestia corda
Gallorum, mentésque feras demulsit, & huius
Ordia perpetuæ duxit diuina Coronæ.
Ille rudimentum Imperij, & fundamina primus

Hercules Gallicus, primus Gallorum Rex annulum gessit aureũ.

Annulus aureus ab Hercule Gall. Regibus Galliæ datus.

Suppoſuit, legéſque tulit, ſeclíſque futuris
Et formam, & ſpeciem, & pulchri dedit omnia Regni.
Olli multiplices tribuit Gens prima Catenas
Inſertas, ſolidáſque auro, quas pulcher ab ore
ANNULUS, *effuſas nodo nectebat in vno.*
Crediderim ex illo ritus, æternáque iura
Fluxiſſe, ex ſolido conſletur vt ANNULUS *auro,*
Regali digito qui fulget. O Vnio Salue
Inter adorandas ſalue pulcherrime gemmas,
Tuque inter reliquos pretioſus vt Vnio Reges
Ter ſalue, ter viue diu, ter Numem adora

Reges Galliæ, hęredes Herculis.

Propitium, LODOICE, *tibi: Tu maximus Hæres*
Herculis, & pulchras qui vinxit ab ore Catenas
Herculeo, Digitos tibi pulchriùs Annulus idem
Ornat, & auratas amplectitur inde Catenas:
Nempe animos Populorum omnes & feruida vota,
Quæ niſi Rex, LODOICE, *fores, tè ſingula Regem*
Efficerent, totidémque darent quot verba, Coronas.
5 *Quod ſupereſt, memorabo tibi quid Regius ille*
Annulus, & rerum quas poſſit hic Vnio turbas
Moliri, ſi quando lubet, modò carminis author
Eſſe velis, ſolitúmque feras, Rex magne, fauorem.

Annulus Regis confertur cũ annulo Iarchæ de quo eſt apud Philoſtat. lib. 3. de vit. Apoll.

Eſt procul vt perhibent naſcenti conſcia Soli
Inſula, criſpatos Tellus qua vergit ad Indos,
Culta viris, Nudos quos nomine priſca Sophiſtas
Appellat fama: hic Magnus *regnabat Iarchas,*
Rex animi bonus, & ſapiens tum quicquid in Aſtris
Explorare licet, tum quicquid ad alta Matheſis
Pertinet Arcana: Illum omnes Nudique Sophiſtæ
Suſpexêre hominem, atque alij quos fama vocauit

Sæpius, & patria secedere iussit, vt vnum
Gauderent vidisse virum. Fuit Aureus olli,
Annulus, & circùm, septemplicis ora figuræ
Sculpta, notas habuêre suas, ceu grandia sæpe
Multiplici formata vides Solaria tergo.
Hic in circuitu, stellarum errantia signa,
Et quam quodque diem faceret, latus omne gerebat
Altiùs impressum, & cæco vis Enthea motu
Librabat molem interiùs, digitóque subinde
Presentes certo ducebat in ordine luces.
Et quid quæque dies traheret, quid vespera ferret
Aduersique, bonique, notans hoc linea tactu
Fortunam digito, Fatúmque ferebat in imo
Captiuum articulo: Deus hoc, Deus ille videbat,
Ah patiens vanos tantúmne audere Sophistas!
Vt Cœlum, digitóque ferant, septémque Planetis
Annulus illudat, Deus ô Deus, aspice curas,
Curas ô hominum stolidas! & Inania vota!

Describitur hic: Septem planetas in annulo & dies Septimanæ ferebat cum fortuna cuiusque diei suo loco posita.

Seu tamen est Res digna fide, seu Gręcia fallax
Gannit, & hæc stolidi vendunt figmenta Sophistæ,
Nobilior mihi semper erit, qui lumine puro
In digito LODOICE *tibi, micat Annulus, & qua*
Reddidit æterna te Gallia dote Maritum.
Ille capit tum quicquid habet reuolubile Coelum,
Atque Astra, atque Ignes, & non errantia fati
Sidera, Fortunæque Domos, tum quicquid ab alto
Vitæ expectatur melioris, & aurea signa?
Non hîc præstigijs opus est, & carmine diro,
Annulus vt tacitæ moueatur Imaginis vsu,
Fortunęque vices & ineuitabile fatum

Præfertur ille.

Articulo metuente ferat, tibi Numen, & ipsa
Inseruit Natura notas: quas portat in auro
Annulus, ac tibi se iurat Fortuna fidelem.
6 *Quid referam Pastoris opes, & Lydia Regna?*
Iterum cum Annulo Gygis, eius gemma ex draconis Indici frõte, vt notat Philostr. loco citato.
Illatúmque scelus Dominæ, quam gemma fefellit
Impia, sacrilegi vel proditor Annulus Auri?
Siue Gygen magni latebrosa sub Ilia Monstri
Inuenisse putes gyrum mirabilis Auri,
Qui clausus digito, fundàque latente sub imum
Articuli, é mediâ poterat subducere turbâ.
Siue quod à græcis memorabile fontibus hausi,
Interdum aligeris sub fronte draconibus, Indos
Manil. l. 4. Sic Adamas punctũ lapidis pretiosior auro est.
Vel Punctum lapidis trito traxisse cerebro,
Vel fibras tenues Adamantis, & aurea Regum
Ornamenta, feræ nigro nutrita veneno:
Ac perhibent Adamentem illum, si fortè sub Auro
Clauditur, astantum fatali lumina nocte
Stringere, & attonitos fulgore obtundere visus.
Hunc igitur Pastor lapidem cum sedulus auro
Verteret inclusum, plenâ nunc sæpe corona
In stolidum vulgus tenebras iniecit inertes,
Nunc socios absens se se miscebat in ipsos,
Concilium libans oculis, & quaslibet artes
Extruerent, tacitósve dolos, si tanta putandum est
Exiguo rerum latuisse arcana sub auro,
Vel si pennigeri vis est tam mira draconis.
Interea vos ite viri, quos ille Draconum
Nucleus, insanos Adamantum, & reddit amantes!
7 *Maiestas credatur opum, credatur Amorum*
Lectus amor, vel honoris honos, & vertice toto

Ferte quod horrendi fluxit de felle Draconis!

Anteponitur Annulus Regis.

Quicquid erit, LODOICE, tuæ præstantia gemmæ
Maior, & in digito tibi pulchior Annulus vno,
Quàm quot mille Gyges, vel habent quot mille Sophistæ.
Sole Gyges poterat vanescere, & omnia nocte
Obtegere, Articulo si gemma lateret in imo:
Tu contra potis es clarescere nocte profunda,
Et circùm tenebras dispescere, dum tibi pulcher
Regali digitum circundabit Annulus auro.

Tertio præfertur multis annulis quos antiqui memorãt, Milonis, Midæ &c.

6 *Quod nisi præterea Musæ vel læuus Apollo*
Votis abnuerent, vel te Rex magne, pigeret
Importunè eadem toties ad Vota venire,
Mille vias similes rerúmque exempla secuti
Tentaremus iter, venáque subinde calenti
Altiùs Ingressi caneremus, vt aureus Ille,
Aureus ille, tua qui fulgurat Vnio dextra
Admiranda capit Mysteria; nec mihi quisquam
Contrà ferre velit, validi quid Gemma Milonis
Efficeret suctu; vel tactu Regis auari
Vnio; non lapides si vertere posset in aurum
Naturámque sibi furari: Hæc ardua rerum
Quamuis esse liquet, græcísque simillima nugis
His maiora, tuæ mirabilis Vnio dextræ
Quà tactu, quà luce potest, quà viribus altis.

Historia de venatione Adamãtum apud Indos apud Scalig. Exercit. 113. num. 3 contr. Cardan.

12 *Nec multùm mihi displiceat quæ fertur origo*
Nobilis, atque ætas Adamantum, & rarior vsus
Non de tabifico concretos falle Draconum
Esse, vel inuentos vastæ subgurgite molis,
Sed si narrandis est verior India rebus

Quam fuit insanis lactata erroribus Hellas:
Indorum locus est, famâ notissimus, inter
Deruptósque viæ calles, & confraga saxa,
Mons aditu pendente ferox, cui nomen Abingar,
Hîc densi (vt perhibent) suppurant vbere venâ
Formosi lapides, Adamantúmque aurea messis;
Sed quoniam tetris sub rupibus horrida secla,
Et fœdæ stabulantur aues, portentáque mille,
Tota licet crebris consternitur area gemmis,
Desertæ per saxa jacent, & honore sine vllo,
Vt procul in clauso florum plebs aurea prato
Quam nullæ tetigêre manus, cadit ipsa, súumque
Deponit non tacta decus, vel marcida, pigras
Accusat moriens quòd non sit lecta, Puellas.
Sic [22] viduę nascuntur opes, & Murice toto
Saxa per, iniusso se se conamine trudunt,
Et pauiunt tellurem ipsam, Sed proh dolor! illa,
Illa venit nullis vindemia tanta colonis:
Natricésque feras metuunt, & sæua Draconum
Semina, nec lapides, vitæ discrimine credunt,
Aut pretium debere legi præsente periclo.
Verùm adeò, ne tanta seges matura, colono
Indigeat, vitióve loci, per saxa senescat
Deuia, & in rigidos dispergat semina dumos:
Huc veniunt animosi homines, & rupe sub altâ
Grandes intendunt patrio de more balistas.
Atque amentatas pellunt in arundine carnes,
Quæ se subijciunt saxis, proiectáque latè
Semina gemmarum (quippe est mollissimus humor
Carnibus) infigunt, veluti cum dente trisulco

Adamantes in monte Abingar sponte nascũtur.

Sagittis carne armatis, & in montem iactis venantur incolæ.

Contigit, vt nostrę sub moenibus ENGOLISMÆ:
Vel qua cęrulei Tuparæ nigrantia Terga
Præcipitant, vel graminei de ponte Carentæ
Securum Salarem vitreo Piscator in amne
Figat, & in tremula moribundum extendat arenâ.
Has carnęs Aquilæ, vel quæ sub rupibus illis
Carniuorę populantur aues, vel acumine rostri
Abripiunt, vel in vngue ferunt, populóque minori
Pullorum exponunt alacres, immania namque
Hîc illæ in rigidis posuêre cubilia saxis.
Hi satiant diram ingluuiem, & si quando sub atris
Carnibus, occurunt lapides velociùs illos
Vnguibus extricant, quàm si gallina maniplum
Spargat, & è pleno sordes disraret aceruô.
Inuentásque procul gemmas, de vertice nidi
In Tellurem imam iaciunt, vt Nauta Saburram
Iactat, & incusæ non vtile pondus arenæ.
Nidos Indigenæ seruant, stabilique sub hora
Certatim aduenıunt omnes, & qua cadit alta
Pullorum egeries, venatio feruet honesta:
In medio fit honesta fimo, rupísque profundæ
Venas Sollicitant omnes, subiectáque saxa.
7 *Hic iterum ad iustas firmur Natura querelas.*
Sic dea: sic ludis nostros ô vana labores:
Diuináque hominum mentes per turpia pascis?
Respice ne dignâ Iniustam te voce Nouercam
O Diua, & mer to crudelem nomine dicam;
Námque patent, quæ tu manibus das Toxica plenis,
Spargitur in violis Aconîtum, atque atra venena
Ingeris in medios flores, & in ipsa Cicutam

Aquilę humo tollunt carnes, quib⁹ affixi, vt hamo Adamantes, hærent.

Pulli Aquilarum Adamãtes vt sordes de nido suo in viam iaciunt.

Iusta ad Naturam super hoc querela & postulatio.

Venena larga manu à Natura profunduntur bona vero restricta & tenui.

Lilia respergis: squalent infamia tetris
Saxa super succis, tristésque feruntur in herbas.
Si quid auara boni, dextráque inuita tenaci
Proiicis, & voto præpostera dona sinistro,
Quanta per infaustæ vendis dispendia vitæ?
Si pura Argenti generas, Aurique metalla,
In latera, obscurásque ima tellure cauernas
Impia demandas, nec non fœtentibus antris
Per steriles tetri fibras abscondis Auerni:
Si gemmas, lapidésque iacis, sub naufraga Ponti
Flumina, & æquorei subter pendentia fontis
Obruis, horrendásve super feret India *rupes.*
Si medicas largiris opes, sub cortice tetro
Has plantæ retinent, & amaris stirpibus herbæ:
Ambarei demum si munera fundis odoris,
Flebile naufragium duræ per inhospita ripæ,
Atque per æternas faciunt elisa procellas,
Sic Fata, & sanctæ voluerunt ô Dea leges
Rara Boni semper, facilis doctrina Malorum.
Quò se cúnque tamen res verterit, India nullis
Pulchrior est gemmis, vel nullus ab A*lite magna*
Decidit in totas præstantior vnio terras,
Quàm digito, LODOICE, *tuo qui fulget, eúmque*
Magnæ olim gessêre Aquilæ, *cùm Magnus vtróque*
Karlus in I*mperio, felici ad Lilia nexu*
Romanas coniunxit Aues; Tu maxime rerum,
Flectere si possunt Superos *Mortalia vota*
Has etiam, LODOICE, *feres, erit Annulus, Orbis*
Ipse tibi, atque Aquilas ad Gallica *Sceptra volantes*
Si mens est ratióve mihi præsaga, videbis.

TRABEA



TRABEA SEV PALLIVM LILIATVM.



1 O quantùm LODOICE, mihi fortuna fauoris
Prospera concessit! solitóque benignius Astrum.
Me vidit nascentem vltro! quis dicere contra
Audeat, & tantas latebris inuoluere caussas!
Non minùs ingratum (Charites reor esse, fauores
Qui premit acceptos, quàm qui negat. En age, segnes
Rumpe moras, magna nobis est voce fatendum
Quanta sub exiguum descendere gratia pectus
Sit dignata mihi, modò ne subtraxeris ipsum
Carminibus LODOICE *meis, quem iactò fauorem,*
Sed crescat magis ille, boníque simillimus agri
Lætius amplificet sese, quò maior arandi
Cura, vel Ambrosia sit purior imber ab æthra.

Præcipua Poetæ felicitas, in dignâ materiâ, & regiâ.

Imber erit laus ipsa mihi: sit carmen aranti
Sulcus, & hoc trudat se gratia maior in aruo:
Certè purus Amor *non desinit hoc mihi fundo*
Ingemere, ac sortem si quæ sit acerba, leuare.

Ausonius vouet dicturum se Imperatoris sui Purpuram: non præstat, nos illi succedimus.

Ergo quod Ausonio, (*quanquam sit carminis autor*
Primus *Aquitanas patrio qui limite* Musas
Ornatas Latio procedere iussit amictu)
Illicitum Superi voluere, vel inuida Fata,
Prosperiora meis se vota laboribus vltro
(*Et non ausus eram tam læua optare*) *dederunt.*
Ille, vbi multiplici tentauerat omine venam,
Et post emeritæ iam tempora disciplinæ,
Optabat rapidi sub carmina clara Mosellæ
Regius euentu vates iam factus ab illo,
Lanea communi subtemina rumpere fuso,
Et sibi purpureæ contingere licia Musę:
Non potuit tamen, ac tenui contentus auenâ
Nil cecinit Regale tubâ. Me Phœbus *Apollo*
Dexterior, Musæque vident, mihi Lana Colúsque
Mollior est, dabiturque meis nunc Purpura Fusis.

Ausonius in Mosellâ ad fin.

Iam circùm video trépidas ad grande Camœnas
Currere opus: capit vna colum, rotat altera fusos,
Marmoreáque manu replicans pendentia fila
Ad caput vndosum torquet, vellúsque superbum
Agglomerat, tenuésve trahit de vellere tricas.
Calliope maturat opus, dat munera Pallas,
Designátque vices: Alacris stat Turba Sororum,
Vt formosa tibi de Vellere Pallia texat
Ambrosio: O *quali referam te nomine Princeps*
Cui faciunt humiles etiam se Numina vernas!

Nos verò dubitamus adhuc mortalis origo,
Quod Diui faciunt, animam hanc impendere Regum
Obsequio: studijsque vltra clarescere nostris:
Hoc voueo, LODOICE, *tibi, si vena, labórque*
Gratus erit, modò tu non immemor ante-fauoris,
Hac dextra pattare mihi, te Murice cingi,
Sítque seges nostris Regale laboribus Ostrum.
2 *Prima per incultum rigidis sub legibus orbem*
Fundamenta sui cùm iecit [bb] *agrestia Regni*
Amphitruoniades, Diuûm genus, aurea Regum
Ornamenta dabat coriúmve Libystidis Vrsæ,
Crudáue sanguineo detracta cadauere pellis:
Rex & Taurus erat de Tergore clarus eodem:
Si stomacho iuncti antè pedes, si cornua pelli
Integra, villoso si bina foramina collo,
Caudáque si nudos deuerreret horrida talos,
Maiestas satis ampla fuit, tùm nulla Galesus
Vellera, nigrantes mutauerat alba per vndas,
Purpura natiuas non tinxerat aurea lanas:
Sed decus antiquum, setis horrentia terga,
Hirsutæque togæ fuerant: sic, maxime Theseu
Sic Comites iuêre tui, sic barbara tellus,
Quâ se Cannibalæ duri, quâ Mexica iactat
Natio, regales habitus de tergore crudo
Texit, & in bubulis sibi Regibus horrida plaudit.
Sic etiam quâ se nobis iam porrigit vltra
Mundus, & incultas CANADÆ *siluestris arenas*
Imperio, LODOICE, *tuo supponere gestit,*
Hos habitus, si quæ patrij sit Regis imago,
Hanc Trabeam Chlamydémque ferunt: sed qualis in aliũ.

Primi Reges inculti valde, & pauperes.

Luxus se paulatim explicat, nō simul & semel

Infans progreditur luxus, séque ipse per omnes
Promouet ætates, propria dùm mole fatiscat,
Aut patrem fera luxurians extinguat egestas:
Non aliter se magnus honos, & gloria Regum
Adseruit se se ipsa sibi, puduítque ferina
Veste tegi Reges, Alcidésque ipse pudoris
Impatiens tanti, toruo se lumine circùm
Aspiciens, animíque ferox, ad sidera repsit
Acer anhelanti similis, de pectore, crebri
Fulminis instar eunt folles, & limine primo
Insistens, magna compellat voce Tonantem
Mortales metuentem iras, & tela parantem.

Herculis ad Iouē de sua egestate & nuditate expostulantis oratio.

Egregium vero Imperium, metuandáque Sceptra
Túque mihi Pater omnipotens, túque Improba Mater
Improba, & in nostros nunquámne exhausta labores!
Iniecistis enim! latet isto in tergore Regnum
O Superi! pateris ne Pater! cui regia cordi
Maiestas, propriúmque decus! qui nominis huius
Crederis esse caput Diuûm Pater, atque hominum Rex?
Quid prodest, quòd me Superi de sanguine vestro
Esse satum credunt! nisi quòd vel Numina Diuûm
Mortales, Iniusta vocant, vel me putat esse
Vulgus, adulterio natum, Cælumque latenti
Inuasisse dolo? nudo Rex corpore! Cælum
Hoc feret! hoc Superi videant! hoc & ferat ipse
Amphitruonideas! & qui tot Monstra potenti,
Mactauit dextra, monstrum sit fœdius illis!
Aut aliquid Pater adiicias, quo me quoque norim
Aut laruam Imperio impostam, & cassum eripe nomen
Maiectate carens, nec sim, quod me pudet esse

Hactenus, ambiguum nomen, nec subditus omni,
Nec Princeps de parte omni: Me robur & ipse
Vt perhibent comitatur honos! si veste sub ista
Pressus honos non degenerat; nam sordida Virtus
Marcet, & ex turpi rarò clarescit amictu

Virtus in sordibus, multum de nomine amittit.

Postquam Heros ita finierat, stetit altus Olympi
Rector, & Alcidem *verbis sic lenit amicis.*
O *Igitur nescis hominum fortissime, nescis*
Quanta sub informi maneat te gloria Palla;
Quantus honos Tergum hoc sequitur! non Purpura Regem,
Sed *Virtus, animúsque facit :* Circunspice *Cælo*
Consentes sine veste Deos: *stat Thracius horrens*
Tegmine Getuli tabum stillante leonis,
Illo pulchrior est Mauors in Tergore, quod tu
Negligis; est tamen ille Deus: stat nudus in vndis
Ipse Pater, quamuis Thalamo sub fluminis alti
Olli *sæpe neant vitreæ Millesia Nymphæ*
Vellera, Vestis enim Virtus est vna Deorum.
Ergo genus Regum, quantò vicinius Astris,
Cælesti se veste magis & tegmine Diuûm
Gaudeat ornari: Quos non tegit aurea Virtus
Vna Deûm Vestis, [cc] *terram etsi murice verrunt*
Vel Trabeam pedibus calcant, non Regia vestis
Esse Dabit Rêges. Virtus hoc impleat vna,
Quod Trabea, Palláve cares. Sit Purpura Virtus.
Magnus ad hæc surgit Furijs ardentior Heros
Intuitus Iunonis Auem [dd] *lenonibus alis*
Et cauda gradientem alta, quas credidit Heros
Delitias coram fieri, vel molle [ee] *Theatrum*
Pennarum, extendi subito impellente Nouerca;

Iouis ad Herculē responsio.

Deorum & Regū vera vestis, est virtus.

Hoc sibi conspectu sua notior vt sit egestas:
Ergo furens, stimulósque irâ subdente furori:
Nam quis, ait, Pater Omnipotens, quis me ferat vltra
Hîc ludos patienter agi? men' credere, Cœlum
Esse quod incolitis Diui, stat corpore nudo
Rex hominum, stat semifero deformis amictu,
Et rotat in Coelo, caudáque superbit in Astris
Interea, Dominæ Iunonis amasius ales,
Sit speculum Ceruix, sit ff cauda volatilis aër,
Denique sit formosa, sed vt me dura Nouerca
Vel postponat aui? quasi me sit pulchrior Ales!
Hæc vbi dicta, silet, Iunóque hic molliter olli
Subrisit, tacitôque odium implacabile solui
Sensit, & irato fari sic protinus infit.

Iunonis ad Herculem amica oratio.

Iam mihi pugnatum satis est, & te satis, Heros,
Hactenus Illustrem factis, ac robore noui.
Iam dextrum me Numen habe, si quò tibi gratum
Vtere, si qua petis, possúmve, lubentius vllum:
Non inuisse velim, nostrúmque probabis amorem:
Nam quòd Auis te nostra mouet, tu pulchrior illa:

In viris non pulchrè honos à pulchritudine quæritur.

Nemo hominum, Superúmque negat, si res tibi pulchra
Quærere de forma nunquam delebile nomen:
Deformem decet esse virum, gg pulchrúmque videri
Amphitruoniadi, species est certa furoris.
Sed quia te REGEM Diuûm Pater, atq; hominũ REX
Esse dedit, voluítque tibi cum robore, formam
Addere, te Trabea decorari & Murice pulchro
Maiestas, ratióque volunt: Sic dixit, & omnes
Confestim micuêre Dij, succinctáque turba
Nympharum, stetit ante Deam, queis Vellera Pallas

Et proprium partitur opus , dimensa lacertos
Herculis immanes , Textrinum fecit Olympo,
Artificésque manus inter , formata repentè
Ostentat se se Chlamys aurea, & apta per artus
Herculeos, rapuit mirantem forma Senatum,
Quid tenues possitis acus ! cùm vestijt Heros,
Immanes crepuëre armi , magna ossa , lacertíque
Ipsum rumpere opus ,Trabeámque extendere visi.
Seu breuior pro mole fuit , seu quòd foret Heros
Tegmen inexpertus magnis vestire lacertis:
At pôstquam toto diffusa est Corpore vestis
Fulgent exiguæ conspersæ in Murice Clauæ
Monstráque, quæ letho dederat , distincta per omnem
Errabant Trabeam, ceu puro sidera Coelo.
Quæritur interea nomen , stat curia Diuûm
Iudicijs distracta suis , pars vna , vocandam
Vel Chlamydem ,Trabeámve putat : pars optat Abollam:
Vno Sollicitum stabat pro nomine Coelum:
Sed melius Pater *Omnipotens à* Pallade Pallam
Nuncupat , autorísque suæ de nomine , pulchrum
Designatur opus , quod Pallia *cultiùs , armis*
Gens Domina , & Linguæ, vt perbibent, Regina vocauit.
Hîc Heros stetit attonitus , Vestísque superbæ
Materiam explorans tactu , incedebat in Astris
Se solum admirans , Coelúmque hinc pulchriùs esse
Credidit , ac timuit, Superos ne reperet inter
Tantillùm Inuidiæ , vel ne pudor Astra fugaret.
Hoc Nymphæ miratæ omnes , & conscia quamuis
Se teneat fecisse Manus, tamen ambigit , & se
Non tantùm potuisse putat , fit sæpe periclum,

Acus , res exigua quantum possit mirantur etiam Dij.

Clauæ & mõstra debellata, in Trabea Herculis depicta.

Vesti regię nomē à Dijs quæritur, tandem ab Inuētrice , Palla dicitur.

Atque inter Diuas Cælo se miscet honesta
Ambitio, quæ Nympha suo formosius Ostrum
Componat Regi, (námque ardet factio Diuos
Inter, & est Rex cuique suus) sed ne ferar vltra
Pulchráque multorum memorem ne Pallia Regum,
Dijque Deæque omnes vestra si pace fatendum est

Formatur Regi Galliæ Palla à Nympha, Galliæ præside.

Pallia præ reliquis longè pulcherrima Regi,
Composuit Galatæa meo, nam charior olli
Gallia, quàm patrij sedes est aurea Cæli:

Eius materies ex Astris.

Materiam consanguineis accepit ab Astris
Et delibatis Cæli de hh floribus Aurum
Pòst animo Chlamydem designat, & incipit ipsa
Naturámque lacessit acu, nam Lilia pingit
Mille super Palla primùm, pòst altera mille,
Non numerus, non ordo placent; sed qualis in Astris

Lilia sine ordine & numero in Palla dissita, gratiora.

Pulchra admirantum satiat confusio mentes;
Aut qualis vernante horto Crystallina florum
Plebs, micat arrectis ceruicibus ordine nullo,
Turbatum placet hoc vulgus, sic Lilia densim
Consita, sunt iucunda magis: non illa calores,
Non æstus, non mergit hyems, non limat edendo
Vel corrodit iners populus, non turbo resoluit,
Non spargunt, hebetántve imbres: sed semen ab auro
Æternum, LODOICE, ferens, tibi Lilia plantat

Palla Regis Galliæ, paruũ Cœlũ est.

Æmula sideribus magnis, & Pallia, Cælo
Texit, vt hic paruo Rex magne fruaris Olympo.
Quin etiam, Pater Omnipotens, quo tempore Cælum

Imo Cœlũ magnum Pallæ nostræ rudimentũ.

Instituit, geminósque axes, & vtrámque Cauernam,
Esse tuæ Tyrocinium Rex, nobile Pallæ
Atque Rudimentum voluit, quò pulchrior illa

Surgeret

Surgeret exemplo; veluti cum Lilia Tellus
Est conata parens, tanti quæ SIGNA parabat
Imperij, primo erraret ne sedula nisu,
Antè, rudimentum præcedere [ii] *Lilia iussit,*
Naturæ discentis opus maiora parare.
Est flos exiguus, nomen Conuoluolus olli,
In foliis formata rudi qui Lilia cultu
Portat, & incoeptos orditur floris honores.
Sic, vbi Regalem formarunt Numina Pallam,
Antè Pater Tyrocynium præmisit in Astris,
Et Coelum, Mundi Pallam dedit esse Fluentem,
Quâ circùm induitur Tellus, quo vastus amictu
Fluctuat Oceanus, quo stat perflabilis vnda
Aëris incorrupta fluens; Sunt Sidera claui:
Sunt [kk] *tremuli lapides, quibus est oculata per orbem*
Pulchra Chlamys mundi: Sit Fibula, qui tenet Axis,
Et Coelum rotat in se se; sit Fascia, mundi
Baltheus, obliquo qui circuit Astra meatu:
Denique, nec Coelo Zonæ, nec Cingula desunt
Aurea: Nec LODOICE, *tuæ pulcherrima Pallę,*
Quæ Coelum, quæ Mundus habet: Quin pulchior olli,
(Parcite Coelicolæ) facies; est ferrea Coelo
Materies, Chalybùmque rigor, nam quis scit in alto
Num furua fuscetur iners ferrugine Coelum,
Squalorem obscuris ni Sol detergeat Astris?
Purpura te LODOICE *tegit, facit aurea Pallam*
Materies, Serúmque animæ per fila fluentes:
Indue, quid cessas, Coelum nouus indue, donec
Se tibi supponat fulgens maioribus Astris

Ex Plinio, Conuoluolus Lilij Rudimentum. Natura hic lilij Galliæ fauit. vide locum.

Coelum, Mundi magna vestiis, ex Tertull. Astra sũt illius gemmæ.

Axis, est fibula.

Fascia, Zodiacus.

Zonæ, cingula.

Pallæ nostræ, materia: Coeli materia preciosior.



VESTIS PONTIFICIA SEV DALMATICA

Dalmaticā Pontificen facit, Trabea, Regem.



ALVE Rex hominum, Salue Diuúmque Sacerdos:
Te Regem dedit esse Pater, te pulchra, crearunt
Sceptra Sacerdotem, nec honor nocet alter honori
Nec factis, LODOCICE, *tuis se Regia Palla*
Dalmaticæ feret antè tuæ, nam carmine nostro
Posterior licèt ista venit, par nomen vtríque,
Par vates, par vena, tui par caussa fauoris,
Quem geminum si fortè dabis, sublimior ibo
Et referam quid vtráque potes, si non minùs vni
Desers Dalmaticæ, rigidi quàm vestibus auri:
Nam rerum Dominos inter Regalia, nunquam
Esse Sacerdotes piguit, vel Magnus Olympi
Arbiter, illum vnquam non dissimulauit honorem,
Verùm post grandes titulos, & inania vocum

Iugera, *qui Coelo* Policus, *vel* Nubicoactor
Imbriciúsve *Parens*, *nec non* Grandistrepus *inter*
Fulmina, *vel* P*erterricrepi qui murmuris autor*
Dicitur, *in summa Diuûm Pater*, *atque hominum Rex:*
Rex Hominum *minus esse putat quàm nomen honestũ*
Pontificis, *nec Templa suo postponit Olympo.*
Et cui Regalem gens texuit horrida Pallam,
Scriptam Fulminibus, *grauidámque fragoribus atris,*
Ille in Dalmatica minimum non ponit honoris:
Namque olim vt perhibent, *vastos cùm Terra Gigantes*
In Coelum furibunda dedit, *bellúmque Tonanti*
Enceladus, *Grumedásque ferox*, *magnusque Niphates*,
E*t coaceruatos verrens gens horrida lixas*
Intulit, *hîc Superi gemuêre políque reuulsis*
Cardinibus, *timuere sequi*, *quô coepta ruina*
Traxerat, *&* *vario trepidans Respublica motu.*
Rem P*roceres voluêre regi*, *non Marte*, *sed ipsa*
R*eligione Deûm ante alias*, *&* *supplice voto.*
Ergo Aras rite ædificant: *stant ardua Templa:*
D*almaticam squalentem auro per colla Tonantis*
I*nclupeant pars vna Deûm*, *pars altera floccos*
Pendentes circùm discriminat, *aut simul oras*
Fibulat admorsu facili, *ne fluxa*, *ministrum*
Impediat, *venit ipse Pater*, *gressúque modesto*
Astitit Altari, S*uperúmque caterua Minorum*
Aduoluit se se ante gradus, *tùm* Iuppiter *Aræ*
S*idera constituit*, *tantíque dat ordia belli*
Omnipotens, *Rex idem hominum*, *Diuúmque Sacerdos.*
His quoniam res acta modis successit, *eámque*
Fulmine Aloïdas geminos mactauit ad Aram,

Iuppiter Dalmaticatus Pontifex, hoc nomen aliis anteponit.

Dalmaticæ prima Inuentio, quæ, vnde.

Manilius lib. 1. Astron.

Stat Deorum cõcilio nemini dandam esse Regiam dignitatem seiũctam à Pontificia

Consciuêre simul Superi, ne Regia posthac
Maiestas sit danda viro, quin Regis honorem,
Pontificis comitetur honos, atque Aurea Palla
Dalmaticam, paribúsque incedant frontibus ambæ.
Inde Sacerdotum coniuncta potentia, Regum
Imperio, atque ex hoc nouit se Palla Sororem
Dalmaticæ, LODOICE, *tuæ: Ne crede canenti,*
Consule Maiores, vel quot quot barbara Regna
Auspicio tenuêre Deûm; non maior in illos
Gratia de pulchrâ cedit Rex magne Coronâ
Quàm de Flaminiâ decus Immortare Thiarâ.

Numa Dalmaticatus Capitolium ascendit.

O quàm pulcher eras fortunatissime Regum
Primus Diuinis qui Religionibus Vrbem
Fundasti grauidam bellis, cùm splendidus Ostro
Ibas, Flaminiámque gerens cretatus Abollam
Rite ascendebas Capitoli immobile Saxum
Arduus, & ruptis quanquàm Coelum *omne tonaret*
Nubibus, in geminâ ingressum te veste timebat,
Accensos iugulans ignes, iratáque tela.

Constãtinus Dalmatica insignis miris priuilegiis Dalmiticam ornat.

Te quoque Dalmaticâ insignem, obtusáque Thiarâ
Constantine canam, quo non felicior alter
Iungere Flamminios cum nomine Regis honores:
Pontificis Regísque simul faterna putasti
Nomina, germanásque vices, quas fortia vincla
Connubio stabilita ligant: ô nobilis ætas
Cum per Dalmaticæ Regales aurea Terga
Currebant Aquilæ, pictísque tapetibus Auro,
Et phalera verrente solum, candentibus omnes
Portabantur Equis ad Puluinaria parui

Sidonius lib 8.

Pontifices, & quos Papas *gens dura Pisinnos*

Dixit: Flaminibus tu Magne minoribus vltro
Ornamenta dabas Regalia Constantine.
Sed quid ago Musæ ? reuocant externa canentem
Dii patrii; vocat ingenti me Gallia plausu,
Delatúmque mihi Sacris opponit honorem,
Et non post habitam Chlamydi, Regúmque Coronæ
Dalmaticam, faciléſque iuuat cantare Camœnas.
Vos Nymphæ meministis enim cùm clarus in Ostro
Dalmaticáque ferox Karolus per Iberica castra
Fixit adoratos CHRISTI sub nomine fasces,
Confundens Arabúmque domos, & Maurica signa:
Nonne vides etiam quâ vi LODOICVS *in hostes,*
Muhamedisque lares, necnon Tunetica rumpit
Moenia, pollutámque feris expurgat Idumen
Ingenijs, vulsásque cruces, & Gallica latè
Lilia Barbaricis respergit sedulus oris?
O densas quàm pulchra Cruces Lorica ferebat!
Dalmaticæque sagum grauibus fulgebat in Armis!
Quod nisi se nostris immiserat horrida Castris
Morbi pernicies & ineluctabile fatum,
Nec iam Turca fores, nec tu Byzantia Lunas
Arduá iactares, sed Gallica vertice summo
Lilia florerent, Crucibus virgata Latinis.
Quid referam Henricósque Patres, Bellique togæque
Nomina! quid Karolos memorabo? quid altera mille?
Qui paribus tenuêre cruces, & Lilia palmis?
Heu memini (nec prisca feram) cum gemmea secla
Imperio viguêre tuo; clarissimus Heros
Francisci Henricus soboles generosa, veniret
Sæpius Augustam cum Dalmaticatus ad ædem,

Theod. Balsamõ in priim. Titul. Photi cap. 34.

Karolus Magnus Dalmaticatus quãta fecerit.

D Ludouicus cruceata Dalmatica insignis quid non egit?

Henricus secundus in templum Dalmaticatus iuit & in choro Musico ipse cantauit.

Descendens Thalamo, & de Puluinaribus altis,
Cantores inter, mixtóque Sedilia vulgo
Voce, manúque regens, & toto vertice supra:
Exemplo studiosus erat, laquearque superbum
Regali sub voce gemens, voluebat in alto
Murmur, & æterno saliebant marmora plausu.
Quod superest, memorabo tibi (ni forte fauorem
Mi solitum LODOICE, *negas) cur Regia* Palla
Regales satis, vsque satis cùm vestiat artus,
Dalmaticam voluêre tamen cum Murice iungi
Cælicolæ, breuibúsque Sagis quæ nam sit origo.

Philo ex Platone duas Regibus dat Animas, Magnã, vnã Minorem alteram.

2 *Ætherei certè si mens est vera Platonis,*
Quotquot enim populósque regunt, & Iura ministrant
Haud simplex fluxisse reor diuinitus ollis
Ingenium, sed habent geminas in corpore mentes.
Maius acumen babent, quo Regna tuentur, & orbem
Præceptis animare queunt, quo reddere Iura,
Quo leges sancire bonas: Animámque Minorem
Qua se ipsos, vitámque regunt: Se Maior in artus

Magna anima, Regnũ viuificat.

Imperij latè diffundit, & omnia sensu
Viuificat, venásque Animum partitur in omnes,
Dum Minor in magno Mens est disclusa cerebro.
(Si quidquam est Regale minus) sunt omnia magna
Regibus, atque Animam certè quam dico Minorem,
In reliquis, Mens Magna foret, Sunt Munera paruæ

Minor ipsa Regũ corpera.

Et partes Animæ: Regum diuina tueri
Corpora, & ad longæ producere secla senectæ.
Sic Herylum, sic Geryonem Mens alta beauit
Coelituum, triplicémque animam sub corpus vtrique
Infudit, quâ tergeminas gessere Coronas.

Tergeminas potuêre manu defringere Palmas
Et populos regere auspicijs ad Iura fluentes
Tegeminos,(tantine Animæ Regalis honores?
Sic Patri LODOICE *tuo, sic Fata dederunt*
Prosperiora tibi, Patris ô non postuma Virtus!
Et geminas Mentes, duplicémque dedêre Coronam.
Tu Gallos maiore regis, Mens parua Pyrenem Magna Anima Regis Galliã animat, minor Nauarros.
Lambit, & ad rigidos extendit Regna Nauarros:
Sed quia se magnos Res Gallica pandit in artus,
Et circùm venas, latéque patentia membra
Porrigit, vt toto fundat se corpore Regni,
Mentis ad hoc geminum Omnipotens solertis acumen
Addidit, & geminas cum mentis acumine dotes.
Maiorémque Animam, quæ Corpus & ardua Regni
Membra regit, quę Sceptra quatit, quæ Lilia rore
Viuificat roseo, hanc pulchræ cum Murice Pallæ Magna ànima cũ Trabeâ sumitur
Induit, & talos ceu Purpura ludit ad imos:
Sic Regni quæ Corpus alit, se miscet in omnes
Mens aditus Venarum, & toto corpore regnat:
Sed quæ viuificans minùs est, irrepit in artus
Dalmaticam cingente armos, & qualis ab alto Minor cum Dalmatica.
Corde fluens, rigido secat Internodia limbo,
Sic medius Mystes, & stricta potentia Regi
Flaminis est, & vtrúmque potest, quod Mara, Chlamysque
Regia, quod Princeps Sceptro, quod veste Sacerdos.
3 *Rumor it, accensis rapidus cùm turbo quadrigis* Eius rei exemplũ in Helia, & Helizæo.
Flammarúmque globi rapuêre per ardua Vatem.
Stabat HeliZęus viridi de cespite, rerum
Admiranda tuens, & cùm per cærula nabat

Remigio flammante Pater, iam proximus Astris:
Voce Propheta minor, votísque secutus ad Astra,
O pater! ô sine me Currus Auriga Paterni
Quò senio properante volas! quóve ardua findis
Auxilio? queis vectus equis? heu non tibi pectus
Vrit Amor nostri? poterísve é corde senili
Me delesse Pater? nam si te protinus orbis
Terrarúmque piget, Superis autoribus, esto
Vade viam, quò fata vocant, sed Pallia, Coelum
Ingrediens quid credis opus? quid talibus vti
Exuuiis? aliquis ne Pater vestitus Olympum
Ingreditur? vel quo memores nos munere reddis!
Dixerat: ille viam Coelo candente tenebat
Arduus, vt liquidum se Cycnus in aëra tollit,
Et tacitum conuerrit iter labentibus alis:
Et non discipuli, non ille oblitus Amoris,
Augustale procul Tegmen de nubibus altis
Et Pallam proiecit humi: volat illa per altum
Turbinis ad morem, peplóque fluente recumbit
Ante pedes, geminúmque olli dat habere furorem
Numinis, Ingeniúmque duplex, quo fluminis vndas
Diffidit, & liquidam durarunt Pallia molem.

Duplex Ingeniũ accipit cum Prophetæ Pallio.

Sic etiam LODOICE, *tuum cùm dira Parentem*
In Coelum Quadriga tulit, qua nescius Heros
(Ah lachrymæ, quid verba mihi sorbetis ab imo
Pectore, & in calidis mea carmina mergitis vndis!)
Nescius impendêre sibi feralia fata,
Ibat per medios Proceres securus, vt altum
Obtinet, ac terris propiùs videt Astra relictis,
Intuitus te magne Puer, formámque iacentem

Henricus Magnus Helias alter.

Afflicti

Afflicti Imperij, stat desolabile Regnum
Erigere, trepidisque suorum occurrere rebus.
Duplex Ingenium geminámque ex aëre Pallam
Depluit, inque tuâ duplicem, Rex, fronte Coronam
Fixit, & æternæ stabiliuit fœdere Dextræ.
In te Dalmatica, *atque in te se Regia Palla*
De Cœli regione tulit, quæ duplicis instar
Numinis iniecti, lacrymarum effusa per orbem
Æquora durauit, quibus ô te, Maxime Princeps
Fleuimus, & nunquam siccato lumine, in æuum
Flerêmus miseri, nisi te frueremur adempto:
Alter ades nobis: Magnúmque in pectore paruo
HENRICVM *aspicimus* LODOICE: *ô cresce per annos*
Cresce Puer nostros, donec virtute paterna
Plenior, in toto diffundas Lilia mundo,
DALMATICÆ *que tuæ Limbos subiectus adoret*
Orbis, & externos circundet fimbria Reges.

K





ORDINIS EQVESTRIS INSIGNIA.

STAT sonipes, Spumáque ferox Regale superba
Impatiens expectat onus, stant aurea dorsa
Stragula, stant circùm phaleræ, pictique tapetes
Teque vnum LODOICE, petit, nam regius olli
Est animus, sortémque suam non degener ipse
Nouit, & Augustos respirat naribus ignes.
Ne propter vereare tamen si debilis ætas,
Si te fortis equi species, vel inania terrent
Murmura, neu torua si frons est aspera luna,
Neu tornata rudi si stringitur vngula cornu,
Armatúmque pedem furiosus in ardua librat:
Non magnos LODOICE, petit hæc machina Diuos.
Et non difficilem tibi de præsepibus altis
Sternacémque fero, vel qui fumantia colla
Fessus Olympiacæ de puluere ducat arenæ,
Non qualem vel Iberus alit, vel diuite ripa
Boetis & herbosus per prata saginat Hydaspes:

Equus Regius describitur.

Sed qualem viridi laurus Phoebæa sub antro
Pauit, & ambrosio potarunt flumine Musæ.
Neu contra mihi ponat equos gens dura Celetes
Aut Coraces Aquilásve *ferat, seu si qua dedere*
Nomina victores græco plenissima fastu:
Seu Tigrides, *seu* Tela *vocant, celerésve* Sagittas
Lampurosve, *vel à niueo candore* Podargos.
Iste tibi Pherenícus *erit* Phœníxve, *vel ipse*
Coruulus, *aut mediæ scutatus* mm Coppate *Lunæ.*
Quàm formosus eris, cùm stemmate clarus equestri,
Inque rotam vertes, fastúque trementia colla
Mulcebis virga, stratóve superbus in alto
Et stimulis animos addes, & fræna tenebis.
1 *Rex in Equo stat pulcher vti stat magnus in Astris*
Coelituum Pater: In solio, rostrisve Senator:
Sol in Zodiaco nn *Zephyrorum in flamine Chloris:*
In linguâ stat Mercurius, *pulchróque palati*
Carcere; labra equitant Charites *& lumen vtrúmque*
Cęcus Amor, fit ad instar equi Pupilla, Deûmque
Portat, & hîc posuit sternax sua Regna Cupido.
Nam neque me potuêre viri diuersa tenentes
Iudicio reuocare meo, Tu Maxime Moses
Et tu Socraticæ cultissime disciplinæ,
Siue tuis quicumque ligat se legibus vltro;
Tu licèt ex ficta morosius vrbe repellas
Quotquot Equo fidunt magnásque putaueris arces
Regibus instar Equi substerni, atque ardua castra:
Indignum ratus esse, genus Cœleste Deósque
Mortales, mulcere feras, calcaribus armos
Pungere, & hinnitus inter, vocésque tubarum

Ex scholiaste Pindari, cursores bene ominata Equis imponebant nomina qualia sunt hæc.

Plato lib. pr. de Rep. Regibus nō vult alios equos esse, quā Magnas vrbes, quæ illis sint ad Equorum instar

Non exaudiri Reges nisi vertice, supra
Emineant, pedibúsque altis nitantur Equorum:
Verum vrbes frænare manu, vel Moenia nutu
Flectere, vel populo Regem dare iura fideli
Is demum Regalis Equus, vel equestria Regum
Stemmata; quid faciunt cochleæ vel fibula collo?
Sic ego diuinum doleo sentire Platonem.
Autorémque suis Mosen arcessere dictis,
Mosen magnanimum, cui soli æterna voluntas
Numinis, & coeli patuit cortina profundi.
Ille vetat populos Regi seruire fideles,
Qui videat, vel pascat Equos, & Equestria collo
Ornamenta ferat; Nihilo sententia Cordi
Immutata manet, quanquam contendere tantis
Haud dignum reor esse viris: sed gloria Regum
Pugnat, & offensæ pietas tutanda Coronæ:
Quid, Proceres? Regemne mihi, Regemne Coronæ
Planipedem miserúmve datis? vel Regibus vsquam
Quod studium Regale magis, vel honesta cupido
In gyrum quàm flectere Equos? & vertice toto
Præ reliquis stare insignem fulgentibus armis?
Et Bullam *ex collo,* Coclheasque *per aurea fila*
Leniter insertas, Stellamque *breuemque* Genettam
Aut Lunam crescentem *humeris, aut corde* Columbã.
Ferre per argenti radios, vel stemmata mille
Picta super Palla? *quibus est vel nomen Equorum.*
Pulchrius, ipsorúmque Equitum sit nobilis ordo?
Quam melius Thebanus olor, & gloria vatum
Pindarus (ô proceres vestra cum pace) vocabat
Gaudentes equitare Deos, & maximus olli

Philo Iud. lib. de Agricult. docet Mosen in Politicis repudiasse βασιλῆα ἱπποτρόφον. Regem Equorum nutritorem.

Equestres Galliæ ordines: Genettæ Martellus: Lunæ Raynerus Andiũ Dux: Stellæ, Ioãnes Valesius Rex Sancti Michaëlis, Ludouicus XI. Sancti Spiritus, Henricus III.

Cõmune est Regum Epithetum apud Pindarum ἱπποχάρμαν

Visus erat princeps, qui vim nutriret Equorum
Innumeram, validósque greges præsepibus altis
Quadrupedum ad dubias acies, & bella teneret?
2. *Talis eras Neptune Pater, cui multa fremebat*
In stabulis generosa cohors, cum primus in orbem
Flectere equos, & ad arma sequi, pacemque doceres
Nam neque me memorare iuuat, quod ineptior ætas
Victum foeminea (pudet heu) te narrat arena.
Cum Tellus tibi fudit Equum, quam dente trisulco
Fuscina sollicitans, percusserat, & Dea pulchram
Arce super summa sapiens plantaret oliuam.
O vtinam mens illa tibi Neptune fuisset,
Et fudisset Equum Tellus percussa frementem!
Certe victor eras! sed non his artibus vsus
Fecisti imprudens crebra florentia naui
Littora, & ingentes vndam sulcare carinas:
Quas ex officio veterum gens dura virorum
Durateos *quia dixit* Equos, *se prisca propagat*
Fabula, Thessalicum terrâ prodisse frementem,
Implentémque auras hinnitibus: hæc tua primùm
Ars Neptune fuit, validos tu primus Equestres
Exemplo formaße tuo, generosaque corda
Instigasse Pater *studio memoraris honesto:*
Has artes adeo coluit pucherrima pubes,
Et iuuenum selecta Manus, quos primus Iason
Duxit Equis non classe Vehens ad vellera Phryxi
Aurea: Et *à veteri* Burgundus I*asone signum*
Transtulit ad patrios tituli maioris Equestres.
Hæc iam Belga potens, hæc Insuber Aurea *iactat)*
Vellera *(quod tantos corium sperabit honores?)*

Βασιλῆα Regẽ Equis gaudentem.

Paxamus ita narrat fabulam 9. Geopon.

Neptunus Equestris Pausan. Artemid. Phurnuto: aliis?

Equites Velleris Aurei.

Haud aliter tenuisse ferunt te Castor Equestre
Castor, Equitã li, valde peritus. *Ingenium, sic visus Equi fumantia colla*
Tergere, vel facta leuiter mulcere palestra.
Signa dabant cristatus apex, & fronte corusca
Eius signum, Stella quæ Castoris dicitur. Stella *vomens radios, crinitæque aurea caudæ*
Lumina, discordi quæ signa fauentia ponto
Duratei *credunt* Equites. *Hęc* Stella *Valesi*
Ornauisse tuos humero narratur Equestres.
Dum Chlamydi contexta tuæ, vel pendula collo
Inde Equites stellæ in Gallia *Spargebat radiosa comas: hoc Francica signo*
Nobilitas, & Equestris erat formosior ordo.
Et quamuis perijsse putes vestigia tanti
Ordinis, impressumque nihil restare, quod Astrum
Hoc patria fulsisse probet, vel Equestria signa
Accepisse tuos Stellæ *de lumine Patres.*
Heu memini cum prima dedit fundamina, pulchri
Ordinis in patrio Valesius Audoëno!
Patritij certatim omnes, & Gallica claris
Nobilitas confluxit auis, vt stemmata ferret
Ludouicus Aurel Comes Engolismens. Eques stellatus, *Regia, regalemque notam fulgentibus armis.*
Hoc etiam fueras LODOICE *notabilis Astro*
Quo steterat Franscicus auo, quo principe diues
Engolismus ager, vestræ pars vna Coronæ.
3 *Iam superest memoranda mihi maioris origo*
Ordinis, vnde fauens ambit tibi colla Michaël
Quóue sacram LODOICE *geras autore* Columbam:
Vt perhibent, hæc bina Deûm sunt Numina Gallis
Prospera, & afflictis latè auxiliantia rebus.
Namque hostes seu fundere opus, seu Regna potenti
Præcipui Galliæ *Amplificare manu, seu res in pace quietas*

Auspicio meliore geri, Tu primus ab alto
Signa tenens, strauisti hostes, & barbara castra
O quoties in aperta ruens, cum strage Michael
Turbasti longè, vanùmque frementibus Orci
Cardinibus; rabiemue atram spumantibus vndis
Nequicquam Polyphemum alto se vertice regni
Elumbi tollentem ausu, vi fulguris ictum,
Attritumque solo flixisti, & lambere terram
Mordicus ignauis didicere Cyclopes in armis.
Hæc propter secura tuo stat Gallia ductu
Et clypeo confisa, minas & inertia pellit
Tela, vibrante manu stolida, quam forte cohercet
Imperium, pedibúsque premit: Te maxime gentis
Aligeræ, Geniúmque sibi gens ista, Patrémque
Clamat, & absque tua squalerent Lilia cura.
Templa tibi dicat, atque ædes, téque inter adorat
Indigetes, quorum patrio sub nomine res est.

Tutores. *S.* Spiritus, & *S.* Michaël.

Hinc patriæ LODOICVS *amans, cui stabat Imago*
Virginis, *hirsuti sub margine texta galeri*
Is voluit tua signa tamen, suspensa monili,
Et fuluum teretis Bullæ disculpta per orbem
Patritios, *Equitésque suos fulgentibus armis*
Ferre decus proprium, Stygiíque cadentia Regis
Ante pedes simulacra tuos, & fræna terentes
Spumea nequicquam, nam tali Gallica signo
Nobilitas Regésque super stant murice pulchro
Insignes, pulchrámque gerunt è vertice vittam
O pater! ô hominum! ô nostri spes aurea Regni!

Ludouicus XI. autor ordinis Equestris sub tutela S. Michaëlis.

O decus Aligerûm! ô patriæ tutela gementis!
O Terræ Superúmque fidem! Tu Regia colla
Magnanimi HENRICI cingens! Regale tulisti
Ad ferrum patuisse latus! perque Ilia duci
Infandum Chalybem, nec tu feralia monstra
Infamémque manum repulisti, & conscia lethi
Brachia! nam quid erunt Reges, si Numina Diuûm
Non vigilant, dubiisque venit custodia rebus?
Adsis ô! vigilémque feras ad Lilia curam
Et fac, ab Ambrosio Pueri qui vertice pendes
Colla per, vndantímque fluens descendis in imum
Pectus, & apposita circumtegis ilia Bulla,
Fac viuat pro Patre Puer, quos perdidit annos
Possit vt hic longa incolumis sarcire senecta.

Coelo & Superis precipua Regum cura.

Si stygijs ringuntur aquis, si cornua librant
Damnatæ Geniorum animæ, si triste venenum
Surgentes ad Sceptra fricant, vel languida gyrant
Corpora, & enerui circùm stant Lilia nisu,
Frange crucem capiti, saxísque allide cerebrum:
Vt discant Polyphemi omnes, non temnere Diuos,
Et nostras vereantur opes, ac Francica lambant
Lilia, nam firmata Virum si fecerit ætas,
Qui parua iam Sceptra manu, robustior æuo
Sustinet, æqualémque gerit ceruice Coronam,
Ille Orci strepitus, & ineluctabile fatum
Supponet pedibus, nec erit, qui Lilia contra
Despuat, aut largè meritos non reddat honores.
Sed Musæ reuocate gradum; se tempora nobis
Prosperiora dabunt, quibus hæc præsagia cordi
Inseret, & venas, animi vis Enthea ducet,

4 Iam

4 Iam niueæ memoranda mihi sunt signa Columbæ,
Vnde crucem, radiósque feras, & cærula collo
Vincula? quis Musæ, quis Regum talia primus
Signa dedit; curve ille suos ornauit Equestres.
Scilicet in magni diffusus corpora Regni
Spiritus intus alit molem, & præcordia sensu
Viuificat, tenerámque inspirat feruidus auram.
In solido quòd sceptra manent, quòd Lilia viuunt,
Muneris hoc Diuine tui se Spiritus esse
Nouit, & ambrosio quòd se Rex tingat Oliuo.
Hanc adeo Superi mentem, & coelestia iussa
HENRICO voluere dari diuinitus, vt qui
Bina manu coniuncta tulit Regalia Sceptra,
Quæreret auxilium Cælo, & diuisus in omnes
Spiritus imperij latè se funderet artus.
Ergo Sarmatica postquam se liber ab Arcto
Reddidit, assuetíque iubar formosius hausit
Luminis, in patrio respectans sidera coelo
Vota facit, Superísque nouos instaurat Equestres.
Ordinis est Caput ipse sui, tum cærula vitta
Inseritur collo, laterúmque Argenteus vni
Spiritus, & niueæ texuntur signa Columbæ.
Hæc pater HENRICVS tulerat, tu tertius hæres
Ordinis es, LODOICE tui, te pulchra Columba
Ornat adhuc puerum: ô vtinam crescentibus annis
Maiores Aquilæ veniant, & pectora circùm
Applaudant LODOICE viro, tum dextra Columbā
Præferet, & coges Aquilam succedere læuæ.

S. Spiritus, anima Regnorũ & præcipuè Gallici.

Henricus III. autor Ordinis Equestris. S. Spiritus.

L



ENSIS REGIVS

Hactenus Aurea nobis ætas, & argentea, quicquid enim diximus, Aureum, vel argentũ fuit: iam. ferrea secla succedunt, & ferrea materies.

QVALIS vbi quondam Saturnia concidit ætas,
Ætas ingenito nomen quæ traxit ab auro,
Palluit Argento primùm, tum degener æui
Progenies rigido durauit secula ferro.
Quæ trahimus miseri, & sensim labentibus annis
Ad Chalybem LODOICE *fluunt, nisi ferrea, Sceptri*
Auspicio meliore tui, se corrigit ætas
Et vena antiqui fugitiua reuertitur Auri,
Talis, vbi fuluo se mergere cessat in Auro
Vena mihi, nec Dalmaticam, nec Regia Sceptra
Nec Phialam, Flammámve Auri, nec Pallia *texit*
Aurea, ad Argentum iam degenerabat, & vltro
Spiritus, Argento *contextus in aurea repsit*
Carmina, materies nostris iam languida Musis.
Nunc ætas diuersa cadit, me deficit ipsa
Et seges Argenti, nostrisque laboribus exit
Ferrea materies & non tractabilis Incus.
ENSIS *erit* LODOICE *tuus, si gutture nostro*

Ferrea vox, si carmen erit, quod vincere ferri
Possit duritiem, vel non mortalia secla.
Nunc rigidum Vulcane Pater *conflentur in Ensem*
Non curuæ Chalybum falces, non rustica tela
Sed quæcúnque tuis squalent absconsa tabernis,
Materiæ melioris opus, seu °° *Tempora ferri,*
Siue lacus, aciésve placent, nunc exere vires
O Pater, & picei veniant ad verbera Brontes
Nec parcant animo, nec segnes brachia tollant:
Neu pigeat tanti toties in Regis honorem
Admouisse manus, seu tu conflaueris auro
Brachia Iustitiæ, Phialámve, *vel altera* Sceptra,
Te Iustus manet iste labor, nam qui aurea Regi
Sceptra *dedit, posuitque ingentem in fronte Coronam,*
Prædæ materiam, vel non obscura pericla
Regibus iniectat miseris, si non simul ollis
Munitum facit ense latus: Stet *carmine nostro,*
Et lateri LODOICE *tuo ferat aureus Ensem*
Baltheus, egregium gemmis, & fulgure claro
Conspicuum; quid maius enim, vel pulchrius altis
Regibus Imbelles dederint pro munere Musæ?
Parcite Pierides quanquam vetat integra molli
Virginitas capere arma manu, quæ plectra, colúmque
Versat, & ambrosias perstringit pectine chordas,
Est tamen hæc acuenda manus: Ceu buccina bellum
Haud pugnans tonat ære cauo, pérque aspera corda
Infundit rabiem languéntemque increpat iram
Non aliter (quid enim vestro pro Rege verendum est)
Si *telas manibus Musæ, non tela potestis*
Prendere, vel gladius vestro si pugnat honori

Ferte manum tamen, vt lateri cingatis, & auro
Texite Vaginam, Capulúmque monilibus olli
Cingite Phœbæis, & erit non parua volenti
Gratia Pierides, si non sit idonea bello
Dextera. Neu quisquam, Persarum huc afferat Enses.
Ventorum Dominos, PP Tempestatúmque potentes.
Neu Capulum ferat ipse Pelops, neu si qua fuere
In gladijs memoranda suis Iactantior Hellas.
Pulchrior est LODOICE, *tibi quem fibula laeuo,*
Admordens femori suspendit, & Ilia circùm
Præsidio munita suo, Sceptrúmque tuetur:
I *Namque ferunt si vera fides, nec lubrica nutat*
India; mirandi tremula de fontis arena,
Feruêre vndosum chalybem, ferríque fauillas
Ructari densim, quod si fornacibus atris
Incoquitur, domitúmque Igni conflatur in Enses,
Fulmina dispescunt visu, coelóque repente
Restituunt sudam faciem, cum Turbo serenam
Mundi temperiem picea caligine fuscat.
Talis erat Regi, talémque ex more Machæram
Ipsa Parysatides Mater seruabat, & omnis
Reginæ ante oculos se se dimouit in alto
Tempestas, quoties Telluri infoderat Ensem:
Aut Rex ipse rotans, cœlóque minantia verba
Ter fatus, pulsarat humum, tùm flumine verso,
Ensis ad obiectum, se Turbo liquentibus vndis
Colabat subito, tonitrúque per ardua mussans
Nubila, frendebat tacito se murmure soluens.
Ensis erat, coelíque potens, magnóque Tonante
Nil poterat fortásse minùs (si tanta metallo

Regis Indorũ & Reginæ Ensis ἀποτρόπαιος fulminis.

Vis erat, & lapsi si fama probabilis æui.)
Quicquid id est, seu vera fides, seu somnia vani
Obtrudunt homines, & me deludit inerti
India figmento, nihil est, quo te minùs ollis
Antè viris LODOICE *feram, si Musa fauores*
Respirat Rex Magne tuos; nam si licet, Ensem
Teque reor, Matrémque tuam, non fonte creatum
Exiguo, gestare manu: non Indica vobis
Admiranda canam, quibus est mirabile visu
Imperium, fontésque dati, qui Nectar, & aurum
Non Chalybis ramenta creant, tibi maxime Regum
Baltheus hærentem lateri tenet aureus Ensem,
Quem Tonitru, Superíque timent, cùm turbida surgit
Seditio, grauidísque micant in nubibus Ignes;
Si tacito vexata tremit Respublica motu,
Vel turbo furit in latebris, conceptáque voluit
Murmura, & informi iam feruent Regna tumultu;
Turbo cadet subito, tacitásque liquescet in vndas,
Læuo fulgentem femori si proripis Ensem,
Et strictum LODOICE *manu per nigra coruscas*
Fulminis, Hunc adeo dum cresces corpore, Mater
Heroïna tibi sapiens, & corde virili
Femina seruabit, motúsque resoluet inanes
Si quid erit quo Sceptra tremant, quo publica nutet
Fulminibus labefacta salus, nam grandius æuum
Nactus, vbi par dextra feret, quem cudimus Ensem
Accipies LODOICE *manu, tum si qua sub antris*
Mugiet, aut nigro Tempestas repet Auerno,
Iam piceum formata caput, tu fortior, vno
Diripies obiectu ensis; Ceu quando rubenti

Regis Galliæ Ensis cum illo Comparatur & præfertur.

Tempestas noctu inualescit, extin-

ĉto sole, ita in Regnis vsu venit. exoriente nouo Sole dispescitur.

Vespere se noctu corroborat horrida labes,
Infans postridie Titan emergit ab vndis,
Eneruì radio, grauidis se nubibus humor
Interea suspendit iners, coelúmque fatigat
Horridus, & tenerum suffôcat in aëre lumen:
Verùm, vbi maturi soles, robustáque Tela
Incaluêre diu, dispescunt nubila tactu.
Tum sensim tenuatur aquis, fit pontus in alto
Vel densim niueæ sparguntur in aëre crustæ.
99 *Plumatúmque volat Tacitarum vellus aquarum.*
Talis vbi LODOICE, *fuit sub sole cadenti*
Gallia fulminibus prægnans, & turbine nigro,
Cui vires nox ipsa dabat, cùm grandior ætas
Te Chalybem tractare sinet (nisi molliter ipsa
Subsidunt Elementa tibi, séque ipse resoluit
Sponte cadens maturus aquis, in lanea Turbo
Vellera, crustatásque niues) Tu protinus Ensem
Obijcies contra, subitóque trementia corda
Ad fulgur pauitare tuum pulsáque videbis
Seditione diem clarescere, & aurea cœlo
Sidera, formosúmque iubar te principe nasci,
2 *Iam Pelopis memorate Deæ, quæ regia pulchrum*

Ensis Regis Galliæ confertur cũ Pelopis Ense

Ornarent monumenta Ensem, quæ dextera tantum
Cudit opus, quáve arte foret, Pelopine, vel Armis,
Inferior LODOICVS *erit, vel Tempore ferri,*
Vel Capulo, fabrúmve manu? nec magna puderet
Numina? si nostri non sit victoria Regis?
His mihi sit LODOICE *tuum fas Dotibus Ensem*
Tollere, & æternum Chalybi describere carmen
Quem capulo Rex magne tenus sub vulnere condes.

Pérque latus Mahemetis ages; & sanguine Pulchrum
Purpureo, cingens viridi post prælia lauro:
Ipse tuas comitarer Aues, gladiúmque tepentem
Esset opus tergêre meum (si lixa triumphis
Ire comes, Regúmve queat succedere dextræ:)
Musa dabit quod fata negant, & carmine dextro
Ipse feram quem dextra nequit, nec tarda negabit
Posteritas, micuisse mihi sub pectore venam,
In laudes Rex magne tuas: nec aperta pericla,
Nec stygias tremuisse minas, nec bruta malorum
Fulmina, quin tanti lateris securus ad vmbram
Pugnarem que manu, atque animam pro Rege tuendo
Per mortes, vel mille darem, si Regia, nostra
Esset emenda salus: Sed quô me vena furórque
Transuersum abripiunt? Pelopisque relinquimus Ensem
Atque tuum LODOICE *latus? Iam flecto Carinam*
Et mihi propositum descendo pronus in æquor.
Ergo admirandum Capuli virtutibus Ensem
Te perhibent habuisse Pelops, seu Dædalus olli
Iunxerit, ex liquidis pressans ferrumina gemmis,
Seu tantum nauarit opus Vulcania pubes:
Inuentum non hocce reor mortalibus esse
Ingenijs, magnóque fuit res digna Tonante:
Nam lateri qua iunctus erat, quáque aurea mordet
Fibula suspensum, Capulúmque papaueris instar
Hæret, Amalthææ circùm se cornua Capræ
Aurea fundebant, patulisque tegentia ramis
Clatratæ in gyrum testudinis, aurea dextræ
Munimenta dabant, sed enim feliciùs, illâ
Pugnabat cochleata manus, nec cedere bello

Pausan. Eliacis Poster. refert Pelopis Ensem pro Capulo habuisse cornu copiæ, ex quo bonorum genera omnia prodirent.

Nouerat, vnde fluens fecundo copia cornu
Spargebat Martíque Rosas, & lactea pugnans
Vulnera fligebat, medios secura per hostes:
Nam quis bella timet, quem pax, atque aurea cingit
Prosperitas, manibúsque fluens dat Lilia plenis?
Quid referam LODOICE *tibi? vel carmine texam*
Qui capuli posuere loco, vel signa Tonantis,

Multi pro capulo ensibus posuêre, vel Iouem Tonãtem vel tres Charites, vel ipsas Sirenes: Pausan. lococit.

Vel Charitum simulacra auro, vel pulchra sinistro
Corpora Sirenum femori fixêre, quibúsque
Cauda fluens sese crispabat, & ilia circum
Baltheus, in teneris religans Sirenibus Ensem?
Pace reor LODOICE *tua, quam pulchriùs Ille*
Ille, tibi prima consanguinitate propinquus
Consilio, dextrâque potens Billonius Heros,
Ille tuum Lotharinge decus, Rex magnus Idumes
In capuli gestasse loco Compendia *fertur*

Ensis Gothofredi Billonij, quem Pictauis vidimus pro capulo libellum habet ferreũ quẽ ferunt esse Euangelium, pro quo pugnabat.

Historiæ, qua Nostra Fides, *& auita tenetur*
Religio, vt quoties vagina stingeret Ensem,
Mente, manúque fidem capiens, audentior iret
In Saracenas acies, & pectus honestum
Religionis Amor *subiens, ad vulnera dextram*
Ardentem facienda daret, Stat Ferreus *olli*
Pro capulo, fungóue Liber, *durúmque volumen*
II *Rupicibus foliis, quæ sæpius aspera frendens*
Hostis adorauit moriens, dextrámque putarem
A Capulo tremuisse magis, quàm viribus, ensis
Fulminei, (quasi non pietas sit fortior ollis?)
3 *Quod nisi ad extremam calamus reptaret arenem*
FRANCISCAS *memorarem omnes, Karlique*
IOCOSAM

Quam

Quã Patres ad SACRA tui RHEMENSIA primũ
Ante nouam voluere geri, vel stare Coronam.
Nec Corto *Vuilhelme tuus, quo ferrea Neustri*
In partes diuisa duas lorica pependit
Ventre tenus, Noménque ss *tibi pòst hæsit ab ictu*
(TALLAFERVM *iam nostra vocat gens inscia Veri,*
Sed veteres dixere priùs te FERRI-SECANTEM)
Haud iret tacitus Corto, *non* Rumpia, *túque*
Ad versus memoranda meos Flamberga *venires:*
Tuque tuo Cortine *loco, tu Magne* Durandal
Stares, magnanimi gestis disculpte Rolandi,
Sed quia nugarum non pascor inanibus vmbris
Nec Regi figmenta placent, quæ facta, tuúmque
Impleuere decus, nec te memorabo Durandal,
Nec vires Flamberga *tuas, sed talibus, Ensem*
Antè tuum LODOICE, *feram: Tibi maxime Regum*
Ad dextram Gothofredus erit, qui legis auitæ
Porriget insertum Capuli *sub colla Volumen,*
Vaginámque tibi rorantem Sanguine Turco,
Et maculas ostendet adhuc per ferrea terga
Liuentes tabo veteri: pòst talia dicet.
I Sanguis Cognate *mihi, te spirat Idume,*
Iordanisque Pater. Hic tantùm sanguinis hausit
Qantùm Cæruleus voluit Iordanis aquarum:
Sed factum est LODOICE *nihil, te gloria maior*
A Superis *seruata manet, Si creueris æuo,*
Quàm pulcher CRVCEATVS eris: Sic fatus, adorans
Ensem fulmineum, collo suspendet ab alto:
Ante pedes erit ipse Pelops, & cornua plenis

M

Fundens uberibus, felicique omine palmas
Pollicitus, Capulum femori succinget eburnum;
Vnde Rosæ, per colla fluent, atque aurea silua
Ramorum, cochleámque, caua Testudinis instar
Cancellatim omnes facient, & vota subinde
Concipiet, quicum votis se Gallia iunget
TU LODOICUS eris, Manibus Date LILIA Plenis.





COTHVRNI LILIATI

N*OSTRA* Sophoclæo *sint carmina digna Cothurno*
Pierides, *Soleámque mihi ne ferte pedestrem*
Aut Soccos *humiles*, *vel quicquid Regibus altis*
I*nferius*, *terrestre sapit* : Si *sternimur ipsos*
Ante pedes Regum, *calamum ne credite Musæ*
Propterea, *vestrúmque decus*, *contage profani*
C*arminis*, *obscurum fieri* : *sunt aurea diuæ*
S*unt olli Delubra pedes*, *ceu fulget* Olympo
S*ub pedibus constructa tuis*, *Rex Maxime* Diûum
Arula, *nectareum* Superis *quæ fumat odorem*,
Ex quo Titanes, *durum genus*, *horrida cælo*
A*rma importarunt*, *sic Aram Regibus*, *imos*
Ante pedes, *Musæ*, *statuistis*, & *aurea Templa*,
Hîc vobis est ara Deæ : *si danda videtur*
Hostia, *vel Regi faciendum*, *hic ante pedes est*
Carminibus ferienda meis, *nam munere vestro*
Qui temerat Regale caput, *vel pectus honestum*,
S*acrilegum subit ille nefas*, *nisi talia vobis*

Seu patrium tu nomen amas, & dicere malis
OCREOLAS, *seu* Lauta *velis, seu* Tranga *vocari,*
Seu quæcunque tibi vox apta videbitur esse,
Res eadem LODOICE *manet: sunt Sandala certè*
Amento non vincta super, sed poplite summo
Libera, virgati fulgentia frondibus Auri,
Cæruleus color est ollis, & Lilia *paruis*
Interposita micant spatijs, ceu consita coelo
Astrorum vomit alta seges, feruentia latè
Lumina, & in pulchro plebs fulgurat aurea prato
1 Ergo *prius quàm fertis acum, vel serica Musæ*
Vellera, cæruleis aptum formate Cothurnis
Pandorúmque *pedem*: Talos *dabit aurea Iuno*:
A*mbrosiæ* Digitos A*urora, Aglaïa* Plantas:
Hebe lacteolas, Diuûm mollissima Suras,
Malleolum *dabit alba Venus:* Crus *Castor: & Hermes*
Molliculum dabit ipse Genu*: Sic munere Diuûm*
Coelitibus LODOICVS *erit formosior ipsis*
Hæc vbi facta, ruent alacres ad iusta Camoenæ
Obsequia, atque pedem pulchris vestire Cothurnis
Incipient, feruebit opus, Ceu *turbine belli.*
Composito, " *cum Cæsar adest, & puluere pulchro*
Sordidus, ante domum positis respirat in armis,
A*ccurunt glomeratim omnes ad limina serui,*
Pars ad colla ruit, galeæque dat oscula mille,
Puluerulenta bibens ex ipso nubila ferro,
Pars manibus demulcet Equos, & pinguia frena,
Aut alto resupina iacit fumantia palo
Stragula, pars Ocreas *diffibulat, aut celer arma*
Eximit ex ferri látebris, stant omnia plausu

veteres Græcos vocasse ἀρβύλας quos κοθόρνους postea, Philostr. Lauta & Tranga. Sic describuntur à Plinio Sandalia

Pes formosus & Regius ex collecta plurium Deorũ Regi formatur ex Anacreonte fere εἰς Βάθυλλον.

Ex Sidonio Appol.

Interea saliúntque antes, & concaua tecti.
Sic Musæ facient alacres, sed quod mihi primùm
Pierides, iam surgit opus? quæue improba contra
Exoritur minuenda fides? stat Momus, & omnis
Turba irrisorum Superos exosa virosque
Et contra inuentos acuit se dira Cothurnos.
Huc fer opem nemorum cultrix, quam Sandala primam
Inuenisse ferunt, pedibus cùm Diua tenellis
Horrebas calcare feros per deuia sentes
Et salebras, lapidésque timens, de vellere crudo
Formasti rigidos prestabilis arte Cothurnos:
Sed quoniam dat sedulitas mortalibus ægris
Ingenium, mentèmque bonam, vel limat egestas,
Vel ratio genus exsuperans se vincit, & ipsam
Explicat interdum, ac varias excurrit in artes:
Ars dedit incæptis formam iam culta Cothurnis,
Et Superis placuêre geri: se frater Apollo
Se Venus insignem rubeis fecere Cothurnis:
Ibat enim, teneróśque pedes euincta crepanti
Sandalio, gemitabat, vti cum follibus auram
Strangulat, & grauida Brontes respirat in Ætna.
Momus erat, cæli facies cui displicet ipsa,
Et Superûm genus omne, videns latrat ore proterno
Improbus, & sanctos Veneris qui rodere vultus
Non potis, in streperos statuit latrare Cothurnos.
Ergo genus crepidæ naso suspendit adunco,
Propter & inuisos Venus est ingrata Cothurnos,
Hinc dictum manasse reor, quo [uu] *pestis acerba,*
Nasorum, scabiosa lues, gens dedita Momo
Quæ quiduis ridet, Graiorum ludere *vana*

Philostrat. Ep. 21. & 22. notat Momum nihil in venere reprehensione dignũ notasse præter Cothurnos nimis sollicantes: & ibidẽ multa proferũtur cõtra vsũ cothurnorum & sandaliorum.

Ars Paulatim se perficit & polit, prima Cothurnorum Inuentrix Diana: Multa addidêre Venus & allij.

Persius in 2. Increpidas Graiorũ

Dicitur in Crepidas *pulchrósque exosa, Cothurnos*
Despuit, ô quales gens docta obtexere caussas!
Debilibus genus esse viris, mollique senectæ
Conueniens, cœleste nihil, vel Principe dignum
Pelle tegi cruda: potius fornacibus atris
Aptam materiem, aut Cyclopum follibus esse:
Adde quòd occultis memorantur Amoribus esse
Pernicies, tacitæque solent molimina fraudis
Promere, & abstrusos aperire Cupidinis ignes:
Vulcano quondam, vt perhibent, Cithereia furta
His coram venere modis, nam Sandala Diuæ
Garrula erant, linguáque nimis lapsante Cothurni,
Quos quiduis retulisse ferunt, factásque pudori
Enarrasse notas, soleæ lenone susurro.
Huc referunt pleró sque virûm, quos fama Cothurnis
Haud vsos memoranda tulit, sic magnus Iason
Sandalium rixante lutho, vel fluminis vnda
Et fermantati liquit per pinguia cœni.
Hunc docuit Fortuna virum, non sponte Cothurnos
Induere vt fama est: quid te fortissime Theseu,
Quid comitem memorabo tuum? quos aspera plantis
Europæ Lustrasse ferunt, non pelle crepanti
Vestitis, streperísve putant non isse Cothurnis?
Tene Philoctetes referam, vel fortis Oïleu,
Luxatos quos fortè femur, vel poplite læso
Sandalium gestasse volunt, vt plaga Cothurnis
Excusata, ima (vt perhibent) in pelle lateret.
Parcite magnanimi Heroes, vos talibus vsos
Esse reor (licèt ista fremat gens dura) Cothurnis,
Sed non vulneribus rigida sub pelle tegendis

ludere gestit.

Philostrat. ibidē Epist. ad puerum vt sine cothurnis incedat.

Philoſtrat. Ep. 21. & 22. notat Momum nihil in venere reprehenſione dignũ notaſſe præter Cothurnos nimis ſollicantes: & ibidẽ multa proferũtur cõtra vsũ cothurnorum & ſandaliorum.

Ars Paulatim ſe perficit & polit, prima Cothurnorum Inuentrix Diana: Multa addidêre Venus & allij.

Interea ſaliúntque antes, & concaua tecti.
Sic Muſæ facient alacres, ſed quod mihi primùm
Pierides, iam ſurgit opus? quæue improba contra
Exoritur minuenda fides? ſtat Momus, & omnis
Turba irriſorum Superos exoſa viroſque
Et contra inuentos acuit ſe dira Cothurnos.
Huc fer opem nemorum cultrix, quam Sandala primam
Inueniſſe ferunt, pedibus cùm Diua tenellis
Horrebas calcare feros per deuia ſentes
Et ſalebras, lapidéſque timens, de vellere crudo
Formaſti rigidos præſtabilis arte Cothurnos:
Sed quoniam dat ſedulitas mortalibus ægris
Ingenium, mentèmque bonam, vel limat egeſtas,
Vel ratio genus exſuperans ſe vincit, & ipſam
Explicat interdum, ac varias excurrit in artes:
Ars dedit incæptis formam iam culta Cothurnis,
Et Superis placuêre geri: ſe frater Apollo
Se *Venus inſignem rubeis fecere Cothurnis:*
Ibat enim, teneróſque pedes euincta crepanti
Sandalio, gemitabat, vti cum follibus auram
Strangulat, & grauida Brontes reſpirat in Ætna.
Momus erat, cæli facies cui diſplicet ipſa,
Et Superûm genus omne, videns latrat ore proterno
Improbus, & ſanctos Veneris qui rodere vultus
Non potis, in ſtreperos ſtatuit latrare Cothurnos.
Ergo genus crepidæ naſo ſuſpendit adunco,
Propter & inuiſos Venus eſt ingrata Cothurnos,
Hinc dictum manaſſe reor, quo ᵘᵘ *peſtis acerba,*
Naſorum, ſcabioſa lues, gens dedita Momo
Quæ quiduis ridet, Graiorum ludere *vana*

Perſius in 2. Increpidas Graiorũ

Dicitur in Crepidas *pulchrósque exosa, Cothurnos*
Despuit, ô quales gens docta obtexere caussas!
Debilibus genus esse viris, mollique senectæ
Conueniens, cæleste nihil, vel Principe dignum
Pelle tegi cruda: potius fornacibus atris
Aptam materiem, aut Cyclopum follibus esse:
Adde quòd occultis memorantur Amoribus esse
Pernicies, tacitæque solent molimina fraudis
Promere, & abstrusos aperire Cupidinis ignes:
Vulcano quondam, vt perhibent, Cithereia furta
His coram venere modis, nam Sandala Diuæ
Garrula erant, linguâque nimis lapsante Cothurni,
Quos quiduis retulisse ferunt, factásque pudori
Enarrasse notas, soleæ lenone susurro.

Huc referunt plerósque virûm, quos fama Cothurnis
Haud vsos memoranda tulit, sic magnus Iason
Sandalium rixante lutho, vel fluminis vnda
Et fermantati liquit per pinguia cœni.
Hunc docuit Fortuna virum, non sponte Cothurnos
Induere vt fama est: quid te fortissime Theseu,
Quid comitem memorabo tuum? quos aspera plantis
Europæ Lustrasse ferunt, non pelle crepanti
Vestitis, streperísve putant non isse Cothurnis?
Tene Philoctetes referam, vel fortis Oileu,
Luxatos quos fortè femur, vel poplite læso
Sandalium gestasse volunt, vt plaga Cothurnis
Excusata, ima (vt perhibent) in pelle lateret.

Parcite magnanimi Heroes, vos talibus vsos
Esse reor (licèt ista fremat gens dura) Cothurnis,
Sed non vulneribus rigida sub pelle tegendis

ludere gestit.

Philostrat. ibidē Epist. ad puerum vt sine cothurnis incedat.

Reges celeberrimi, & viri præstantissimi olim Cothurnati.

Quos decorant manifesta magis, Vos Iuppiter ipse
Exemplo docuisse suo, vos pulcher Apollo
Dicitur; & talem Superos ego Regibus vsum
Crediderim monstrasse lubens, sic maxime Regum
Persa potens, & tu Macedûm fortissime ductor,
Vtebare olim, téque ô Romane per hostes
Fama cothurnatum candentibus isse quadrigis:
Argiuósque duces, nec non, te magnus Achilles
Ante Deos cum fixit humi, tu nobilis Hector
Ibas cæruleis armatus crura Cothurnis:
Hinc Franci tua progenies ex ossibus illis
Exoriens, cinerisque tui non postuma virtus
Exemplo gens docta tuo, nec moris auiti
Degener, antiquis Suras vestire Cothurnis
Instituit, veterisque sequi vestigia ritus:

Græci in cothurnis Aquilã, Arcades lunam, Arabes Draconem Galli lilia gerunt.

Non opus est memorare tuos Byzantia Reges,
Nec vos Arcadiæ Proceres: seu curua Cothurnis
Cynthia fulgeret, seu picta volaret in ostro
Alituum Regina ollis, nec si qua per atras
Incessit gens dura feras, euincta Cothurnos
Horribiles, quibus in gyrum sinuosa draconum
Semina reptarent, vel ferret eburnea frontem
Gorgoneam fibella minax, non talia nostris
Principibus portenta placent, nec Cynthia nostros
Inter coelicolas mutabilis vna, Cothurnos
Texuit, aut Aquilarum imbrem per coerula Diui
Vellera iactarunt, nam torua fragoribus ales
Et tonitru nutrita fero, nihil improba cultum
Aut ciuile sapit, gremio sed Lilia pleno
Effundi voluêre super, quæ Francia nouit

Numina

Numina cœruleósque tibi Rex magne Cothurnos:
Materia cœli ex ipsa, mollique dederunt
Murice contextos, virgatósque insuper auro:
Ergo Aquilas, Lunámve premant, vel torta ferarum
Corpora, per sæuos alij disculpta Cothurnos:
Tu quicquid LODOICE *premes, tibi candida flores*
Fundet humus, quicquid calcaueris, aurea surgent
Lilia; quod Chloris manibus, quod vertice Nymphæ
Iactant Ambrosio, quod Templa patentibus aris
Hoc pedibus LODOICE *feres, qua propter, ad aram*
Ante pedes Rex magne tuos, aduoluitur omnis
Musarum chorus, & roseis dat basia plantis

N





CALCARIA AVREA.

SI mihi præcipiti liceat Calcaria cursu
Addere, & extrema vos pungere fas sit arena
Pierides nimosa cohors: iam fine sub ipso
Acrius instat amor, fodiens Calcaribus armos
Et stimulum dat Regis honos, mollisque Tyrannus
Gloria, confectæ cursu iam plaudit arenæ.
Tu calamum LODOICE reges, & Calcar eunti
Adijcies, dum nos socio Calcaria Phœbo
Rite, cothurnatis apponimus aurea Talis.

Disputatatio celebris inter philosophos, sit ne Regi apum suũ acumen aut stimulus a natura datus.

1 Sit licet ignauos inter famosa Magistros
Quæstio, & insano toties vexata Lycæo,
Inter apes Regi ne suum nascatur acumen,
Ipsáque cum paruis generata Quiritibus arma:
Aut ex plebeio exermem se trudat aceruo
Priuatis velut auspicijs, & milite nullo.
Te sequor ô magni soboles diuina Platonis,
Interprésque Deûm, nec me protrita Sophorum
Turba mouet, populúsque minor, vel Rustica plebes
Te contra licèt omnis eat, nec spicula credat

Regibus innasci, stimulisque carentia primùm
Corpora formari teneræ lanugine nymphæ.
Certè non licitum credo mortalibus esse
Ingenijs, non illa sequi, quæ Numinis instar
Hausit Aristoteles magni de fonte Platonis:
Ergo putas ô docte Geni, (sic maxima mundi
Te docuit Natura parens) sua Regibus esse
Spicula, & hinc iustos animæ Regalis honores
Mensus es: Ingenitum sit Regibus insit acumen,
Quod rarò distringere opus, quo pungere nullum
Par sit: & armati melior clementia Iuris.
2 *Inter Apes igitur stimuli sunt Regibus illis,*
Quos omni LODOICE *procul Natura fauore*
Incorrupta creat, non Campus & area Martis.
Propterea Rex magne tibi (quem sidere fausto
Coelestes posuere super florentia Regni
Lilia, & æternam capiti fixere Coronam,
Distinctam radijsque suis, & grandine pulchrâ
Gemmarum fluitante super) iam Spicula Talis.
Et radiis distincta suis Calcaria, formam
Sideris efficient, radij pulcherrime Regum
De pedibus, LODOICE, *tuis, se fundere passim*
Incipient, pedibúsque dabis plus luminis vnus,
Quàm toto reliqui iaciunt é vertice Reges.
3 *Nec mihi pro vanis quisquam se ponat Athenis*
Garrulus è græcis oriens, Calcaris eburni
Obijciens decus insanum, vel dente polito
Malleolum, decorésve ferat duramine talos:
Nobilitas puerilis erat, Tu conscia nosti
Græcia, tu claro Bradea de sanguine Regum,

Aristoteles lib. 5. de histor. Animal. scribit Reges apũ suum habere stimulum, sed eo nõ vti, quo fit vt dicatur non habere.

Nobilitat. insigne Athenis fuit inferiori æuo talus eburneus, Philostratus lib. 2. de vit. Sophist. Idem in Herode.

Propter melleolos Indo ſub dente rigentes,
Scommata putiduli patiens verboſa magiſtri.

Apud Iaponios ſignum nobilitatis eſt, oblongos vngues alere, vt notat vulgus historicorum.

Neu ferat incuruos Iaponia nobilis vngues,
Indecoréſque manu digitos, quos vngula cingit
Horrida, nobilium certiſſima teſtis auorum.
Parcite Cœleſtes, nihil eſt, nihil aurea Cœli
Filia nobilitas, nihil eſt qui nititur, altis
Sanguis Imaginibus, ſi certè hæc turpia ſigna
Nobilitas, & ſanguis habent. Tu maxime Regum
Pulchrius indicium longè, maioráque ſigna
Nobilitatis habes, non dente, vel vnguibus atris,

Calcar formatur ad inſtar ſtellæ ſcintillãtis.

(Miluorum, pecorúmque decus) ſed Imagine pulchrâ
Sideris aurati; ſed enim nos talia cœlo
Decuſſata, procul ſectos ardere per ignes
Sidera conſpicimus, veluti Calcaria talis
Adijcimus, LODOICE, tuis non qualia Turcæ,
Et tu Perſa ferox, longis haſtilia caudis
Malleolis affixa pedum geſtatis, vt olim
Stella volat caudata micans in nubibus altis.
Quid facitis gens dura animi? queîs barbara ſigna
Nobilitas funeſta gerit, namque atra, Cometes
Prælia, venturíque trahit præſagia belli.
Nobilitas hæc veſtra viri. per bella, neceſque
Creſcit, & infeſtis ſe mortibus atra ſaginat.
Cultior eſt, LODOICE, tibi, Calcaria formam
Ipſa tuæ, geniúmque ferunt, nam fibula morſu
Fulua, Cothurnatis quoties Calcaria talis
Stringit, & in pulchro pes regius ambulat auro,

Binç in cœlo ſtellæ tanquam Cal-

Aſtra videre mihi videor, quæ Gallica ſeruant
Lilia, & vt geminâ fulgent radioſa ſub Arcto

Sidera, quæ binis gemini Calcaris ad instar
Effigiem dant pulchra polis, sic fulgida circùm
Astra tuos, LODOICE*, pedes, dant lumen ab auro*
Purpureum, Regnique polis affixa, per omnes
Scintillant radiosa plagas, qua Mundus, & ipse
Circuit in cœlo rerum pater: Et mihi quisquam
Magnorum LODOICE *ferat, vel stemmata Regum*
Vel tecum componat eos, quibus aurea coeli
Astra super, capitique fauent! & lumine puro
Irradiant circùm, sed enim tu sidera calcas
Aurea, & incedis tenero per Lilia gressu.
4 *Iam Superi, Regúmque Pater, perfectius vnum*
Aspiciat, si possit, opus: Te magne tametsi
TAMERLANE feras, & toto vertice supra
Obijcias, vultúsque atros, atque ora superbo
Horridus aspectu; maiestatemque ferinam
Obtendas, Scythicúmve gelu; Te barbare dextra,
Te Calcar gestasse ferunt, non Sceptra, vel Auri
Iustitiam, gentemque tuam non legibus vllis,
Non cultu, vel amore æqui, verùm instar Equorum
Queis fodiunt pressam rigidis Calcaribus aluum,
Sic duxisse tuas stimulis, & verbere gentes
Te perhibent, populósque tibi Natura rebelles
Subdiderat, Nomadumque genus, cui nescia flecti
Legibus est vis dura animi, sed semper agreste
Ingenium Calcaris egens, & saxea vena,
Dolatum obdurans rigido de robore pectus:
Non idem LODOICE *rigor, non ferrea mens est*
Subiectis innata tuis, sed cultus ollis
Ingenium, morésque boni (si Nectare puro

caria, in polis posita: Calcaria in pedibus Regiis, vt in polis, Regni astra sunt.

Tamerlani, magno Tartarorum Chamo, Calcar fuit pro Sceptro.

Materiam populorum vllam, limúmque rigauit
Ex græco Platonis.
Omnipotens, rutilique super ramentà Metalli
Depluit, & roseis compegit corpora palmis)
Propterea LODOICE *tibi Rex magnus olympi*
Iusticiam *præferre manu, non* Calcar *ahenum*
Instituit, populósque dedit frænare fideles
Iustitiá, legúmque metu. Ne regia desit
Nobilitas, clarúmve genus, Calcaria talis
Addidit, auratósque pedes fulgentibus Astris
Ante alios radiare dedit: De *vertice, ab illis*
Coniicias LODOICE *tuo, si tanta sub imos*
D*eriuant se dona pedes, per colla, capútque*
Quàm largi meritorum imbres! & magna bonorum
xx *Tempestas effusa ruet! namque omnibus vndis*
A*mbrosiam, Nectarque pluens, te Numen amicum*
Obruet, inque mari C*haritum mergêre profundo.*
Solus Gallus gallinaceus inter aues, cothurnos, & calcaria gerit, & reliquam militum armaturam.
ʃ *Quid, quod magnanimæ genti cognominis ales,*
Et generis Regina sui, non secius illum
Natura tribuente, sibi blanditur honorem
Sola per altuum sobolem, pennataque secla?
Non A*quilæ, magniue Gryphes, vel si qua ferarum*
A*ligeras inter pecudes præstantia, formam*
Maiorem, vel robur habent. Tu regis ad instar
GALLE, C*othurnatis pedibus Calcaria solus*
Induis, & rigidos succinctus ad Ilia lumbos
Raua tuens, paleâque ferox, & casside rubrâ
In reliquas dominaris aues, yy *Tum si qua Domorum*
Ex græco Philes sapientiss.* libro de propriet. animal.
Limina, & ingentes gradienti occurrere valuæ
Non dubitant, altæ primum palearia cristæ
Deijcis, & sinuas ceruicem, atque ardua colla

Deinde subis portam paulatim, & murmure fracto
Ingrediens, ab vtróque fugis lateramine valuæ,
Ardua coniectans oculis, & pagmina mensus:
Ne si antes, lapidésve domus, vel limina tactu
Succuteres, lamb'nsque leui ceruice fricares,
In fumum, nebulásque ruant, tum limine verso
In se lapsa domus, generis te credere Regem
Incipiat, Dominumque tui: Hoc te maxime Regum
Exemplo Natura docet, te Regibus esse
Hoc alijs, LODOICE, *quod est Cognominis ales*
Inter aues, propriumque genus: Te mundus adorat,
Regnáque subiectos dimittunt omnia fasces.





THRONVS REGIVS



ERTE pulcher eras donec te vidimus alto
Corpore conspicuum, totoque à vertice, rectum
Ad summos LODOICE *pedes te carmine Musæ*
Metiri potuêre suo: Iam, siue fatigent
Te rigidæ vestes, vel onus ferat aurea dextræ
Nutanti Virga, atque iniusto pondere, læuam
Iustitiæ *tibi* Dextra *premat, seu Regibus ille*
Aptior est, melíorque situs, quo forma sedentum
Conspicitur veneranda magis, tibi præside Phœbo
Aurea Sollicitæ Rex *Magne Sedilia Musæ*
Carminibus decoranda suis, & simplice gazâ
S*uscipiunt, si dexter ades, Sit Maxime Regum*
Hâc rectum mansisse tenus, nunc Aurea Sedes
Pro meritis manet alta tuis, fac postera discant
Secula, non solis solenne Quiritibus esse
Vt superent, sedeántque simul; fac vt ardua Mundi
Se victam Regina sciat, vel Sedis honorem
Victorisque Throni *translatam ad Gallica laudem*
Lilia

Status Principis est Rectum esse, Seneca virtutem describit Rectã & callosas manus habentem.

Romanus sedendo vincit, iam de Gallis dicendũ est.

Lilia, (si quis honos transferri ad Lilia possit)
r Si nostras LODOICE iubes ad Sedis eburnæ
Se Musas glomerare gradus, de vertice curret
Ad laudes Mons ipse tuas, per scrupea Saxi
Parnassique cauas viridi sub fornice rupes,
Pulchra tibi doctis formare sedilia palmis
Instituent; non vt simili tentare periclo
Vanus Alexandrum stolidis lactarat Agyrtes
Illecebris, magno disculpere Pelion ausu
Pollicitus, Magnùmque super, iam nomine vero
Nisus Alexandrum vincire per horrida Saxa,
Ascensusque feros, vbi nix, & frigidus æther
Conspuerent Regale caput: nos Carmine nostro
Non talem Rex magne Thronum, non talia signa
Cædimus agresti sub Culmine, qualis Ibero
Geryoni Thronus antè fuit, cum rustica primùm
Mens Regum; patriæque foret: iam cultius ollis
Ingenium, meliorque fides: nos pulchrius omni
Cædendo statuemus opus, nec talis ab æuo
Artificum formata manu fuit aurea sedes:
Materies nec talis erit: vos parcite Diui,
Et tu Magnorum fortunatissime Regum,
Te quamuis delapsa alto Prudentia Coelo
Vestierit, Soliúmque tibi formaris eburnum
Insolito fulgore micans, nam Gloria, quanquam
Te circundederit fulgentibus aurea pennis
Quicquid agis, nunquam venies ad LILIA, nunquã
Vsque adeo formosus eris, quin candida passim
Regali dispersa Throno te Lilia miris
Exsuperent collata modis: Is Maxime Regum

Sculptor vanissimus Alexandro pollicitus maximum se montem Græciæ, in eius Imaginem mutare posse.

Geryoni Thronus lapideus viuoque sedilia Saxo. Pausanias in Atticis.

S. Math. cap. 6. Considerate lilia, nec Salomon in omni gloria suâ coopert⁹ est sicut vnum ex istis.

Fertur opus posuisse Throni, *cui secula nullum*
Commemorant posuisse parem, namque ardua moles
Sex gradibus subnixa fuit, quos pulchra tegebat
Lamina, & obrizi vestis radiosa metalli:
Hîc solido ex Auro vigil ora leunculus, altos
Ante gradus, rictumque tulit bissenus, & ipsum
Terruit aspectu Solomonem ad Regia Iura
Purpureo gradientem habitu, Tum sedis vtrumque
Sustinuit subiecta, latus, fortésque Columnas
Dextra rigens Auro: *felix ô Baiula, felix*
Iustitiæ, Sceptrique potens, tibi magnus vtrimque
Aduigilat surgitque Leo: *tu Diua mereris*
Tam stabiles habuisse manus: Sed quicquid in illo
Vel rideret Ebur solio, vel vilius Aurum.
Instratique gradus facerent, totique Leones
Auro etiam horribiles: at nostri, si licet, Illud
Crediderim Salomonis opus, sedemque superbam
Esse rudimentum Solij, *non diuitis Ophir*
Non Auro *Peruane tuo, sed Carminis alti*
Materia reddente decus, stant subter, vtrimque
Bisseni LODOICE PARES, *quos ille,* LEONVM
Corporibus latuisse dedit, nam iustior illâ
Effigies se nulla tulit, quæ magna tuorum
Ora PATRVM, *similesve queat describere vultus:*
Sublimi in Solio rursus stant bina LEONVM
Corpora, quę pando portant Regalia dorso
Brachia: Sic LODOICE *tuam fert aurea Sedem*
Religio, *cui iuncta soror stat* Bellica Virtus.
Viuite, & hoc Solium Magni seruate Leones.
Seruate, & vigiles adhibete ad Lilia curas.

Reg. 3. cap. x. Fecit Rex Salomon Thronũ de ebore grandem &c.

Thronus Salomonis, nostri Rudimentum, & figura.

Leunculi duodecim, duodecim Pares.

Duo Leones iuxta manus singulas Religio, & Militia

Quod Supereſt, Manus *alta, Iubas amplexa Leonũ*
Stringit vtrumque latus: ſedenim Rex magne, quid vltra
Reſtat, vt hoc fateatur opus, ſe prima dediſſe
Fundamenta tuo? Manus *eſt hic aurea Duplex*
Qua ſtat Religio, nec non Mauortia Virtus:
Hinc Sceptrum Lodoice *tuum, quo Bellicus ardor*
Et ſtudium Gradiue tuum ſtat firmiter Auro:
Hinc Themidis pretioſa Manus, *qua floret auita*
Religio, lætaque nouas propagine Terras
Implet, & Ignotum CANADÆ *reſtagnat in orbẽ.*
2 *Sed quid agis, nimiúmque ſacros non callida fontes*
Calliope turbare audes, verſuque profano
Sanctæ ſollicitas operoſa volumina Ceræ!
Hinc deſcende Dea, & Solium Salomonis *eburnum*
Hac dubita violare manu, ſunt altera certè,
Altera non vani monimenta, Thronique laboris
Hoc Solium quibus antè feras: Vos dicite Nymphæ:
Quæ fuerint meminiſtis enim formoſa Batheclis
Leucophrynes ſimulacra Deæ, ſtetit aureus ollis
Non longe Thronus ante Aram, quem Gratia *duplex*
Marmorea ſuſpenſa manu, peploque fluenti
Suſtinuit, geminæque Horæ *de limine Coeli*
Ad tantum lapſæ officium, ludente per armos
Cæſarie, fluxáque ſuper ſtringente Cicada,
Et planta fugiente ſolum: Manus vna Typhones
Centimanos, *Briarúmque tulit, aut æquiùs vnam*
Hîc olli tenuêre manum, Fuit Hydra, *ſiniſtræ*
Baiula, & ad ſummam conata irrepere Sedem
Deuerrebat humum, ſinuanſque volumina mille
Ad morſum eiaculans tendebat inertia colla,

Duę manus hinc atque inde tenẽtes Sedile, Sceptrum, & Manus Iuſtitiæ

Relicto Throno Salomonis, confertur noſter cũ aliis pulcherrimis Regũ & Deorũ Thronis.

Thronus Dianæ Leucophrynes deſcribitur à Pauſania in Lacon.

Miraculus Throni cum nostro similitudo.

En Solij LODOICE *tui, si dicere fas est*
Effigies, propriúmque decus; Nam fronte sub altâ
Agmen erit, Charitúmque greges, & paruus Amorum
Ludentum populus, roseúmque micantibus alis
Plaudentum interea, dum Rex formose sedebis
In Solio; Sed pro breuiter-Vernantibus Horis,
Quid longos si docta manus mihi pingeret Annos?
Mille prius, totidémque alios, & mille sequentes,
Quos Solio LODOICE *tuo Sceptroque precari*
Musa mihi, ratioque iubet præsaga futuri?
Quos tibi præterea statuam Magnósve Typhones?
Centimanosve Gyas? nisi mille fidelia circùm
Corpora Custodum, qui, si discrimen adires,
Ingrueret ve Throno vis hostium, ad arma volarent,
Et vellent animam tanto pro Rege pacisci?

Hydra Inuidiæ Regibus non adhæret, sed sordidis ingeniis.

Postremo, pedibusve tuis supponimus Hydram,
Aut alto lateri reptantem, & colla vibrantem
Spumea necquicquam. Magnos hæc bellua Diuos
Non morsu furiosa petit, sed lambit agrestes
Arrodens ignaua viros: tu pelle, vel ictu
Impressi supplode pedis, totum horrida virus
Despuat, & tantos non surgere discat in ausus.

Ferina Sinarum Regum Maiestas reiicitúr, Thron' illis in magna Hydra æneâ, cuius ventrē subeunt audituri legatos.

3 *Hinc igitur fera progenies, & barbara Regum*
Maiestas procul esto viri, quos fama, sub aluum,
Ac immane latus vastæ Serpentis, eburnum
O Superi posuisse Thronum! quis talia fando
Crederet, & magnos Proceres Natricis ab aluo
Accepisse decus? sed enim fortissime Regum,
Nonne vides quàm culta tibi se Regna, bonæque
Indolis adiiciunt populi, nec more ferino

Maiestas siluestris olet; Tu Lilia calcas,
Purpurea tu Sede natus, tu mergeris Auro,
Dum Reges alij, horrendæ dant Iura sub Hydræ,
Visceribus, Regique atrum mens ipsa venenum
Sugit, & Ingenium *dura brutescit in aluo.*
Sic etenim Sinasque ferunt, rigidúmque per orbem
Cannibalum, si quæ in populos est Regis Imago,
Regalem vastæ Serpentis *in Ilia Sedem*
Figere, & externis illô si venit ab oris
Legatus mandata ferens, Rex solus in Hydram
Ingreditur, de ventre cauo Serpentis ahenæ
Per fauces, collúmque vibrans responsa, veneni
Instar, & in magnos instillans Toxica Reges
4 *Sed vos barbariem cultæ dimittite Musæ,*
Non hoc ingenium Gallis, non hæc fera Regi
Maiestas accepta meo: Quàm pulchrior ille
Maiestatis honos, Regum quos Diues adorat
Cyprus, & æternis Arabum gens aurea guttis.
Nam fit odorato Sedes pulcherrima ligno.
Quam circùm Pueri stipant ex ordine molles:
Visque dolusque procul positi, non constat in armis
Maiestas, Regúmque Salus, *sed* Amoribus *omnis*
Area, *&* Ambrosio *Sedes est aurea Nymbo.*
Emicat in Solio *Princeps, & mollibus alis*
Circùm Vnguentatæ volitant ante ora Columbæ,
A*tque imbres spargunt teneros, & flamina pennis,*
Ac *dulces Zephyrorum animas, cum turbine Myrrhæ*
Emittunt, Cœlum, est Solium: *sunt Astra, Columbæ:*
Vnguentum fluit instar aquæ, pro Nubibus A*læ:*
Pro Zephyris Pennæ, Rex pro Ioue; & aurea demùm

Rex Galliæ, Regum cultissimus & fœlicissimus.

Mollissimi Cyprij Reges Thronum habuere, quem assiduo quatuor Columbæ delibutæ vnguentis, circumvolitantes ventulũ Sedenti Regi faciebant Athen. lib. 10.

Regũ Cypryorũ Thronus, Cœlũ est.

Thronus noſter præfertur: Colũba noſtra Cyprijs antecellit.

Aurea regali Seplaſia ſurgit in aula
Cede tamen formoſa Cyprus, neu ferre Columbas
Vnguentata velis, neu pulchra Sedilia regum
Si ſapis ô, cum Liligero compone Sedili:
Multiplices tibi denſa pluant vnguenta Columbæ,
Et Nubes animata, volans reſpergat odores
Nectareos, pluuiamque Croci: Tibi pulchrior illo
Ne dubita LODOICE, *Thronus; te dia* Columba
Stipat, & Ambroſio ceruicem rorat Oliuo:
Inque ferens roſtro Phialam de nubibus altis
Impluit in Solium, quoſcunque vel aurea Cyprus
Vel ſperare poteſt Charitum Campania Nymbos.





MIRA STRVMARVM CVRATIO OBITER TACTA ET

OPERIS CONCLVSIO

IN manibus mihi crescit opus, cursúque peracto
Vena fatigatis spirabat ad otia Musis:
Ecce tamen nostræ limes se porgit Arenæ
Latiùs, & cœpti dilatat meta laboris,
Sed monitu LODOICE tuo, nam te sine, noster
Ardor, & extincto caderet vis Enthea motu.
Plùs tactu Rex magne potes, quam viribus, omnis
Natura, & Coi valeant arcana Magistri:
Hoc igitur mihi surgit opus, si Carmina nutu,
Iuueris, Ignotúmque velis nos ire per æquor.
Non quia sit nostris Morbi Natura Camœnis

Rex Galliæ plus tactu potest, quã Medicina Pharmacis.

Hoc igitur clausis Arabum testantur in hortis
Surgere, Malignúmve genus, vel nobile corpus
Arboris Indigenæ, patriâ quam voce Parêbum
Appellant Arabes, si quæ res tangitur illo,
Sponte fluit, tacitúmque fluens mutatur in Aurum,
Non aliter, quàm si furiosum accedat ad Ignem
Naphta tenax, liquidúmque trahens viscosa bitumen,
Sponte sequens; pingues se flamma propagat in undas.
Vsque adeò tactu pretiosa superbit ab illo
India, cognatúmque putat se Munus ab Astris
Accipere, & coelum sublimi vertice tangit.
Vel quasi se LODOICE, *tuo componere Sceptro*
Illa, vel exiguas tantis opponere dotes
Audeat, aut similes cuiquam dent Astra Coronas,

in hortis regiis solum crescere ferunt, vide pag. *68. B*iblioth.



CONCLVSIO OPERIS

HÆC mihi Pictonicæ ſudanti adſola Iuuentæ
Commoda, per medios rerum ſunt nata tumultus
Quantùm Importunis furari tempora curis,
Aut poteram rigidis auferre laboribus horam,
Inque tuas, LODOICE, fuit res integra laudes
Reſpirare mihi: nam cùm Res publica fecit
Otia, ſeceſſúmque dedit, ſubductus ab vrbe
Interea, qua mollis agit canentia terga,
Clenus, & innocuæ ſtringuntur flumine ripæ:
Hîc ego ſollicitans Muſas, & Numen amicum
Laudibus ô Rex magne tuis, ſi cultius vllum
Eſſe tibi videatur opus, vel Carminis huius
Non rudis omnino fuerit pars vna, canebam:
Cætera cemento in medio, lapidéſque per ipſos,
Puluereas inter nebulas, & dura fabrorum
Verbera, & aſſiduas cùm tunderet horridus aures
Malleus, hæc noſtris fuerant Rex maxime Muſis
Otia, & ad numeros ſi fas eſt dicere, Venæ
Hortamenta meæ: Quòd ſi Auguſtiſſime Regum
Adijcis Aediculæ demum faſtigia, cuius

Fundamenta Pater posuit, voluitque sub imos
Nomen adoratum lapides, insternere moli
Incumbens vt ferret onus: Si feruida possim
Hæc in Templa tuæ suspendere Vota Saluti,
Et procul à nostris videam Rex Inclyte tectis
Hos fremitus, turbásque virûm, qui iurgia saxis
Dura mouent, lapidesque terunt: si Vena quietem
Inueniat, vel fusa domum pax alta per omnem
Posteà morosos non turbet Apollinis ausus:
Non maiora quidem (nam quæ sit pulchrior olli
Materies?) verùm si tu Rex magne fauebis
Forte tibi meliora canet, Tuque ardua crescens
Argumenta feres, animumque, & se altior ipsâ
In laudes stat Musa tuas, si vita superstit,
Si Superi, si Fata sinunt, si faxit Apollo

FINIS



CANDIDO ET AMICO Lectori.

S.

VETVS dictum est, & quasi παράσύνθημα Socraticæ disciplinæ, ingenuæ mentis esse, & plura discere cupientis, deferre veritati quod suum est, & non inuitô profiteri per quos profeceris; hāc nos posteri, veterū memoriæ, gratæ voluntatis significationem semper debebimus, vt eorum industria discere, laboribus vti, monumentis excitari, corde sapere, & vt ait Latinus Philosophus pulmonibus etiam spirare gloriemur: Vt vero non inutiliter liberi maioribus suis respondere & natiuitatis vsuram putantur reddere, si laudant, si virtutem colunt, si exempla domestica suscipiunt, si vestigia premunt, ita non improbè, ait Themistius Euphrades oratione secunda τὰ τῶν σοφῶν λείψανα, καὶ τῶν ψυχῶν ἱερά, lucubrationes inquam antiquorum, quasi venerandas reli-



AD
INAVGVRATIONIS
APPARATVM.



a *E T Mascula certè Femineo velata licèt sit nomine Virtus.*] Philonis Hebræi locus est libro de Abraham, quo notat inter Virtutem & Animam probi hominis esse coniugium, in quo contra quàm in cæteris mortalium connubiis Virtus, idest femina, Patris officio fungitur. Anima vero quæ videtur sustinere nomen & personam maris, matris tamen partes agit: nisi inquit, quod vero similius est decipiamur δι' ἀπάτην τῶν ὀνομάτων & *Virtutem vocemus Feminam, quæ tamen virili animo prædita est, nihil que femineum præter terminationem nominis tenet, quare, qui primus* Ἀρετὴν & Virtutem dixit cum dicatur ἀπὸ τοῦ Ἄρεως, à Marte, debebat ille τὸν ἀρετὴν, idest *hunc Virtutem* dicere non femineum nomen imponere.

AD RHEMENSE

SIMPVLVM.

b CEntum *Vigiles patriâ redimiti tempora quercu*] Centum hi Vigiles antiquo more & priuilegio sunt incolæ oppidi, quod patriâ linguâ vocant QVERCVM PEDIOVLOSAM, eius enim oppidi ciues, ob rem egregiè gestam, recuperatúmque Sacrum Rhemense Simpulum ab externis hostibus, Regum nostrorum indulgentiâ obtinuêre, in noui Regis Inauguratione, vt ex suis primi astent in armis Centum lecti homines in rei gestæ memoriam, & in signum, quo à reliquâ satellitum aut Ministrorum turbâ eximij sint, Folium Quernum in capite gerunt.

c *Aut liquid vindemia Mellis*] Tamen etsi audacter, certè non barbarè vel procul exemplo dictum, ita enim Philostratus lib. 2. de vit. Apoll. dixit *Vindemiam Piperis*. Æschines, *Vindemiam verborum* vt est 2. Anthol. Cassiod. lib. 1. Form. *Vindemiam purpuræ:* imo quod & insolentius est Nemesianus *Vindemiam Ceeris* dixit pro messe; more Græcorum, qui vtrámque frugum collectionen sæpe confundunt, & Messem pro Vindemia, & hanc pro illa, nullo fere selectu ponunt, vt & Maro ipse libro 2. R R. Messem pro vinde-

mia posuit *Postremus metito bis vitibus ingruit humor*, vbi non de Messe propria, & æstiuâ, sed de autumnali sermo est.

d *Vestibus hîc astant niueis.*] Mellationem, & Oleitatem seu vindemiam vtriusque candidis vestibus apud peritiores fieri docent, Plinius, Palladius, alij: inter alias enim fruges, hæ duæ maximè sunt collectionis morosæ & lautę. De omni olei genere præcipuè, de quo hic sermo est, Phlorétinus lib 9. γεωπονικῶν. Καθαρὰ οὖσα inquit ἡ ἐλαία, βούλεται καθαροὺς εἶναι καὶ τοὺς δρέποντας αὐτήν, *cum pura sit oliua, puros etiam messores petit*, ita vt, inquit iurare possint, se ab omni adulterio immunes esse, atque ita in posterum fertiliorem se exhibebit legenti imo, inquit, φασὶ ἐν Αζάρβῳ τῆ Κιλικίας παῖδας ἁγνοὺς γεωργεῖν τὴν ἐλαίαν, καὶ διὰ τοῦτο εὐφορωτάτους εἶναι. dicunt in Azarbo Siciliæ pueros innocentes vindemiare oleam propterea que apud Siculos feraciores oleas esse. Videndus eodem libro Paxamus.

e *Sicut Apes pulchrum vario de flore venenum*] Ex Pindaro sumptum ode 6 Olym. vbi Mel appellat ἰὸν μελισσᾶν ἀμεμφῆ, idest *innoxium Apum Venenum*, quod Martialis lib. 8 Epig 38. ad purpuram traducit *Te nec Amiclæo decuit liuêre Veneno* quam Manilius lib. 5. *pretiosam Saniem*: *Hinc Saniespretiosa fluit florémque cruoris euomit*, & paulo post idem. *Salem*, vocat *Venenum Oceani Summæque rigentis Ingentes faciunt Tumulos pelagíque Venenum*, &c.

f *Vitis in Alphæo ternos ex ære lebetes*] narratur ab Athenæo ad fin. libri primi his verbis. Theopompus Chius memoriæ tradidit, Vitem ad Alpheum flumen, cuius fluente ſucco ἐγχώριοι κατακλείοντες χαλκεῖς λέβητας τρεῖς κενοὺς, παρόντων τῶν ἐπιδημούντων ἀποσφραγίζονται καὶ ὕστερον ἀνοίγοντες εὑρίσκουσιν οἴνου πεπληρωμένους: quo loco Dalecampius notat ad marginem. Si quæ pro certis arcanis Galli narrant & ſciunt, fas eſſet cũ fabuloſis illis narrationibus cõparare, Ampullam, cuius Oleo Reges vncti inaugurãtur, idem compertum eſt: Hactenus ille.

AD CORONAM.

H*Ic florum aſſurgent radij.*] Florum radij pro ipſis floribus: dictum ad imitationem Pindari Ode 6. Olymp. qui florum folia vocat, Ἀκτῖνας παμπορφύρους, *radios purpureos* & fulgentes, more Græcorum, qui, quicquid fulget πορφυροῦν vocant & purpureum, eo loci Scholiaſtes, Ἀκτῖνας λέγει τὰς ἀποπιπτούσας ἀπὸ τῶν ἀνθέων δρόσους, ἢ λαμπηδόνας τῶν Ανθῶν, ideſt Florum radios vocat, vel guttas roris caducas ex folijs florum, vel ipſum fulgorem floris: poſt Pindarum columella lib. x. Flores in genere vocat *Terreſtria Sidera*: *Pingit & in varios Terreſtria Sidera flores*: multique preterea, ſed nobis ſatis eſt lo-

cum vnum alterumve tetigisse, tertium D. Chrysostomi addidissem, ni esset prolixior, qui *Iridem, cœli Rosam* vocat, *Rosam* vero *& Lilia, Terræ Irides & sidera,* nósque infra hac de re pluscula.

h *Namque tuâ non ante ferunt de stirpe nepotum*] locus est ex Rhabano Mauro excogitatissimus & in fauorem Coronę Gallicæ disertus valde, quem ad finem vsque Poëmatis expressimus, sic autem habet, *Tractatu de Antichristo* Tomo 9. diui Augustini. *Quidam Doctores nostri dicunt quòd vnus ex Regibus Francorum, Romanum tūc imperium ex integro tenebit, qui in nouissimo tempore erit, & ipse erit Maximus, & omnium Regum vltimus, qui postquam Regnū suum, feliciter gubernarit ad vltimū Hierosolima venit, & in Monte Oliueti,* SCEPTRVM & CORONAM *suam deponet, & hic erit finis & consummatio Romanorum imperij, statimque Antichristum dicunt futurum, & discessionem Regnorum iuxta Pauli sententiam,* Hactenus ille.

AD SCEPTRVM.

i *Pponit tenuis se mica latentis arenæ, quam Sceptro Deus afficuit*] locus illustris est ex Diuo Basilio Seleuciensi, oratione prima de Adam, quem nos hic fere expressimus: Deus inquit, Mare clausit suis finibus ψάμμῳ χαλινώσας ὡς φόβῳ, φέρειν μὲν γὰρ χο-

ρυφουμένη τοῖς κύμασι, ψαύουσα δὲ τῶν ὅρων, ὑπονοστεῖ δραπετεύουσα, καὶ τὴν τοῦ δεσπότου φωνὴν ἐν αἰγιαλοῖς γεγραμμένην ὁρῶσα, κυρτωμένη τοῖς κύμασι προσκυνεῖ τὸν ὀρθεθήσαντα, διὰ τοῦτο πορφυροῦσα περισαινεῖ γείτονα ἤπειρον καθάπερ ἀγκάλαις ἀπαλαῖς προσπλεκομένη. Arenâ frenauit mare vt Taraxippo, fertur illud quidem saltuatim fluctibus suis, sed cùm tetigit minimá arenæ micam, vt seruus fugitiuus retrocedit, legéns que Dei vocem scriptam in littore, adorat Deum, & terram lambit ac placidis salutat amplexibus:

k *Quam mutauit equo stolidum genus*] Ex nono lib. γεωπονικῶν cap. primo, vbi refert Autor Anonymus factâ optione à Ioue, Neptunum, non equo frementi, sed λιμέσι καὶ νεωρίοις portuosissima statione & nauibus ornasse Atticam & secutâ ætate quoniam Naues vocarunt *equos ligneos* vt passim notum est, vel *equos durateos*, vnde Antiquus Poëta nautas vocat *durateos equites Copia tãta Duratcorum equitum volitat per Thetyos equor*, & *equitare oceanum* apud Cassiod. & alios, propterea factum est, vt Nauis illa in equũ ab otiosis hominibus mutaretur, diceretúrque Ποσειδῶν ἵππιος, id est Neptunus equestris, vt est apud Artemidorum. Pausan. Palephatum, alios.

Ad

AD MANVM Eburneam.

l VEstemque superbam effossa.] Ex Pisidesumptum libro de Vanit. Vitæ, qui Gemmas vocat ὀφθαλμοὺς ἐσθημάτων *oculos vestium*, vnde nos inferiùs etiam in Pallio diximus *sunt tremuli lapides quibus est oculata per orbem magna Chlamys mundi.* (de Astris loquimur) eapropter Saresberiēsis dixit *Exoculare vestes* & cœcas facere, id est, vniones detrahere. Ita fere Tertullianus lib. de Pudicit. dixit *oculare vestem purpura* Plerosque interpretes parabolarum, idem exitus fallit, quem in *vestibus Purpurâ oculandis*, sæpe euenire est, &c.

m *Comesque scelestus Aurum.*] leuiter detorsimus ex Dione Prusæo, qui cum se in viā dedisset tantillo instructum auro, à malo se viæ socio traditum in latronum manus ait: rursus verò cum leuiter viaticatum se commisisset tineri inter prædones ipsos incolumem extitisse: tandémque subiungit noui tunc temporis ὡς ἐστὶ πενία χρῆμα τῷ ὄντι ἱερὸν, καὶ ἄσυλον καὶ οὐδεὶς ἀδικεῖ πένητας, οὐδὲν γε ἧττον, ἢ τοὺς τὰ κηρύκεια ἔχοντας, paupertatem rem esse vere sacram pauperésque non plus ab quoquam lædi, quam eos qui Caducea ferunt. Hæc ille in Venatore.

AD VEXILLVM Auri-Flammæ.

NEc doni pretium delibrat egestas.] Voce Lucretianâ dictum, idest diminuit, detrahitè pretio: A libro Arboris, *librare* & *delibrare* eodẽ vsu. Lucret. lib. 6. *Delibrata Deûm per te tibi Numina sancta sæpe aderunt*, &c. idest veluti *Monogrãmæ Diuinitates* vt vocat Tullius Epicuræorum Deos lib. 2. de Nat Deor. quo Lucretij loco male vulgo legũt Delibata pro delibrata. Ita apud Columellam, & Varron. *Delibrata arbor* & apud Solinum Epistola Autium 2. *Librata fides*, idest non integra, diminuta, læsa, quanquã locus aliam explicationem non incommodè pati possit.

Terræ Caluities rigidos glabreta per agros] vt Antholog. lib. 2. γῆ φαλακρὰ καὶ φαλακροὶ λειμῶνες, *Calua prata, Calua tellus, Caluata vinea, & caluæ arbores* Columellæ & Palladio: notum etiam quid sit φαλάκρωμα τοῦ ἀέρος apud Tullium lib. 8. Epist ad Attic & quis Caluus aër quod acutè tetigit Simeo Bosius: iuxta illam, vitium, arborum, aëris Caluitiem diximus hoc loco terræ Caluitiem GLABRETA item diximus post Paxamum, qui steriles terras, & vt ait Pallad in Maio. *nullarum herbarum crate tectas*, vocat τὰς ἀργέας

Ἀλωπεκείας latini Naudata loca, Beroaldus in Annotatio.ad Varr. *Glabritiem Terrarum.*

p *Aut fuluæ Cereris Glebæ.*] Auri glebas diximus exemplo Plinij qui lib.36. *glebam lapidis, Sulphur glebosum*, & alia similiter dixit. Varro, quicquid glebulosum & compactile est, glebam libẽter vocat, vt *Glebam allij*, *Narcissi Glebam Glebam marmoris*, &c, Nemesianus Eclogâ 3. lactis coagulati recentem caseum, *niueas Glebas lactis: siccare fluorem lactis, & in niueas astrictum cogere glebas.* Cato vocat caseos virides, vulgus molliculum.

q *Cælique Medullam*) Vt Plinius Astrorum saliuam, pro Melle. D. Ambros. notat Epistola ad Irenæum, summam vbertatem Medullæ nomine semper denotari in sacris paginis. *Medullam Tritici, olei, vini, terrarum*, &c. longus Sophista lib. 2. ποιμενικῶν Mel vocat Μυελὴν τοῦ Ἀέρος, idest *Medullam aëris*. Saluianus lib.7. de Prouid. Aquitaniam nostram *Vber fœcunditatis, & Medullam Galliarum*: ad illud instar dictum est Cœli Medullam, pro fœcunditate summâ.

r *Et Nebulæ plicuëre sinu.*) idest tenuissimo Serico vellere: ex. Varrone haustum, qui subtilissimas vestes carbasinas, vocat *Nebulas lineas, ventos Textiles*, & *volantem aërem*: Achilles Alexandrinus lib. 1. Fort. Clitoph. vestes huiusmodi tenuissimas vocat κάτοπτρα τοῦ σώματος *Specula corporis.*

s *Tardior ætas lapsa cauis referet de nubibus esse sepulchra.*) opinio inueterata vulgi animis, has circum oras, in Scualles (ita vocant aream & cœmeterium insi-

gne Alarici morte & cæde Gotthorum in Pictonibus ad Vigennam) depluisse è cœlo tumulos pro numero cadauerum, tam incredibilis enim lapidum & sepulchrorum agger est, vt facta humanis manibus credere, absurdum esse videatur.

AD ANNVLVM Aureum.

t *Incula tunc post delitiæ.*) locus post Tertullianum expressus, de Annulo diximus, quod ille de Auro lib. de cultu femin. cap. 7. *Terra*, inquit, *in maledictorum Metallorum feralibus officinis, pœnali opere deplorata, nomen Terræ in igni reliquit, atque exinde de Tormentis in ornamenta, de supplicijs in delitias, de ignominijs in honores Metalli refuga mutatur.*

u *Et in pœnæ studio gens dura senescit.*) Ex Philone traduximus libro de Confusione Linguarum, vbi ait confusionem linguarum datam esse, primò quidem ἐπὶ ϑεραπείᾳ τῶν ἁμαρτημάτων vt curarentur hominum effrænatæ ad peccandum voluntates, ne cum se non intelligerét, publico consensu peccaretur, sed postea, hominum peruerso iudicio, ita nomen amisisse punitionis, vt iam scelus esse credatur ignorare quod scelus est, εἰ μέντοι τίς ἀνὴρ πλείους ἀναμάθοι διαλέκτους, εὐδόκιμος ἐπὶ παρὰ τοῖς ἐπισταμένοις &c. *Vt quantò*

plures aliquis linguas didicerit tantò clarior credatur esse inter eruditos.

x *Canis Mysteria Conchę* &c.) Tria hæc, quatuorue Purpuræ Epitheta debentur Cassiodoro, & Achilli Alexandr lib. 2 Fort Clit. vocátque Purpuram φάρμακον κάλλους πεφυτευμένον, καὶ τὰ τοῦ κόχλου Μυστήρια, id est *insitũ pulchritudinis Pharmacũ, & Mysteria Cochlearum* Alter vero *Aulicũ imbrem flammeum*; & alia quæ vide forin. 2. lib. prim.

y *Feri sub rupe magistri*] Chironis, quẽ vocat Pindarus Ode 3. Pyth φῆρ' ἀγρότερον, νόον ἔχοντα ἀνθρώπων φίλον id est *Ferã agrestẽ, cui mens erat amica hominum*, ex illo locũ, hunc & imitationẽ cepimus.

z *Maiestas credatur opum.*] Ex Plinio qui lib. 37. Gemmas vocat *coactã im arctũ, rerum Naturæ Maiestatem*, cui videtur sinum præbuisse Pindarus cum Ode prima Olymp. Aurum vocat μεγάνορος ἔξοχα πλούτου id est *Diuitiarum supereminẽtiam & veluti Maiestatem.*

aa *Sic viduæ nascuntur opes.*] Quicquid inutile est frugisque nullius dicitur viduum vt *viduæ Arbores, Terra vidua*, effœta & intermissa, Tertullianus lib. de Baptismo, Aquas in Ethnicorum sacris adhibitas *viduas Aquas* vocat, *viduis Aquis sibi mentiuntur*, inquit, peæcipuè verò diuitiæ. quas inutiliter *arca flagellat* dicuntur *Viduæ*, aut *Virgines* quia nihil pariunt Domino & contra quæ fœnori dátur appellantur fœcundæ, earúmque τόκος id est vsura & partus, vt norat D. Ambros. lib de Tobia dicitur. proptereaq; Lucian⁹ in Hermotimo eos homines

qui defoſſo auro incubant ait πλȣ̃τον εὐνȣχίζειν. *Plutum & diuitias castrare* Philoſtratus.lib. 2. de Vitis Sophiſtar. latentes Theſauros,qualis hic noſter eſt,de quo loquimur, vocat νεκρὸν πλȣ̃τον, ἀσύμβȣλον καὶ φειδοῖ κεκολασμένον, id eſt *Mortuas diuitias & quæ parcimoniâ puniantur*, Arcas vero illas quibus inprobè latent vocat δεσμοτήρια πλȣ́τȣ: denique Martialis lib. 7. ep. *67. Virgnem Chartam* appellat eodem exemplo quæ ab autore latens & compreſſa retinetur. *Scrinioque signatas quas nouit ipse Virginis pater chartæ.*

AD TRABEAM
ſeu Pallium Liliatum.

Bb *CVm iecit agrestia Regni Amphitruoniades.*] Ex Dione Pruſæo. orat. pr. de Regno, ibi notat Herculem, Regem fuiſſe totius Orientis, & ex paupertate vel munificentiâ, ac liberalitate Siniſtrâ, nudum reliquis veſtibus inceſſiſſe tectum leonis cario,non quod ipſe Leonià ſe interfecto detraxiſſet,vt nugantur ſed quoniam eò vſque indigentiæ venerat,vt cum pretioſa amicis diſtribuiſſet,Leonina ſe pelle tegeret,atque in eâ velut in Munificentiæ veſte triumpharet.

cc *Terrā etsi Murice verrunt.*] Diogenes latè apud Dionem Chrysost. orat 3. de Regno: ex quo locus expressus est.

dd *Iunonis Auem Lenonibus alis*] Ex Pentadio, Epigrāmate de Narcisso, *Narcissus perijt captus Lenonibus vndis, cui si tollis aquas, non est vbi sæuiat ignis*, Tertull. lib. de cultu femin. mūdum muliebrem *Lenones & prostitutores habitus*. Maximus Tyrius orat. 3. Eloquentiam *Philosophiæ lenam & lenones artes*, quas Tullius, *ministras voluptatis*. Denique Chrysologus, *Amorem vnicuique suum lenonem esse.*

ee ff *Vel molle Theatrum pennarum* &c.) Achilles Alexandr. lib. 1. de Fort Clitoph. Pauonem vocat θεάτρον τῶν πτερῶν quod latinè expressimus: Philé Sapientiss. lib. de proprietatib. animalium Pauonem ita describit.

Λειμὼν γὰρ ἐστὶ καὶ γραφὴ τῶν ἀνθέων
Χρυσός τε λεπτὸς ἐγχεθεὶς τῇ πορφύρᾳ
Σμάραγδον ἁγνὸν ἐμφυτεύει τῇ κράσει
Καὶ σύνθετον φῶς, καὶ πτερωτὴν αἰθρίαν, &c.

Pratum est & pictura florum, & aurum purpuræ infusum, & insitus smaragdus, & volatilis æther, &c. locum hunc leuiter adumbrauimus, vt & aliam Pauonis descriptionem quæ est apud D. Epiphanium lib. contra Physiologum.

gg *Pulcrúmque videri, Amphitruoniadi species est certa*

j *roris.*] Attius sic Vlyssem laudat in Philoctcta.

Inclyte parua *prædite* formâ
Nomine celebri, claróque potens
pectore, &c.

Gloriosum ratus homini strenuo, deformem esse, vt contra videri pulchrum, aut formam colere viro, sed præcipue forti, & philosopho, scelus est. Apuleius in Apolog. prima, primum caput & telum aduersariorum his verbis recitat, *Accusamus apud te Philosophum formosum.* ea propter Plato Socratem describens, pingit ore vastissimo, fœdum, gibbosum, simum &c. ea, in mente habuimus quæ partim expressimus.

hh *De Cœli Floribus Aurum.*] Clemens Alexand. 5. Peristrom. notat à Platone Cœlum semper appellari λειμῶνα, λειμῶνα ἀκηρατέον τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν, cui adde D. Basilium Seleuc. ora. prim. de Adam. vbi ait τὸ τῆς κτήσεως ἔδαφος, εὐανθέσι λειμῶσιν ἐποίκιλε Naturæ pauimentum (ita Pindarus Cœlum vocat) distinxit bene florentibus partis: Aeschylus in Prometh. Noctem vocat ποικιλειμῶνα, idest pratum variegatum. Georgius Pisid. in Hex. Cœlum definit λειμῶνα πολλῶν ἀστέρων, Multa praterea in eandem sententiam adderemus, sed digitos intendimus, vt imitatio constet, mea, latinorúmque, qui à Græcis accepêre cùm flores Astris, vel floribus Astra componunt.

ii *Ante rudimentum præcedere Lilia iussit* &c.] locus ex Plinio lib. 26. disertissimus, & in gratiam fauorémque

rómq; liliorum exeogitatiſſimus his verbis. *Eſt flos non diſſimilis illi in herba, quam conuoluolum vocant, naſcens per fruteta nullo odore, nec crocis intus candorem tantum inferens, ac veluti* RVDIMENTVM NATVRÆ LILIA FACERE CONDISCENTIS: quē locum vt appoſitiſsimum huc traduximus, & fere ad verbum expreſsimus.

KK *Sunt tremuli lapides, quibus eſt oculata per orbem.*] Aſtra vocauimus Cœli gemmas, quibus oculatur vt veſtis. Locus ex Piſide in Hexam. Cœlum inquit, tanquam *Sponſus procedens de Thalamo ſuo,* προέρχεται νυμφικῶς ἐστεμμένος, λαβὼν διαυγεῖς Μαργαρίτας ἀστέρας: *ſtellas habens tanquā vniones.* habet certè in pectore λυχνίτην ἕνα, nimirum Solem, at vero in pedibus habet λευκόπυρον, Lunam ſcilicet, ne quid deſit ad ornatum nuptialem Adde Lucret. l. 6. qui *Cœli Amictum* vocat:

AD DALMATICAM

II S*Criptam fulminibus.*] Dictum ad imitationem Apulei 2. Florid. qui ait Terram calore ęſtuantem, & *rimis deſcriptam* quod retinuit Calphurnius in Bucol. Ecl. 4. Solitas vero olim Dalmaticas in fimbriâ quadratis deſcribi literis teſtatur locus Auſonij in Gratiar actione; quo Pallam ſeu Trabeam Conſularem ſuā, vocat *Scriptam non tam literis quàm beneficiis Principis*:

nos in primo carmine ad idem instar diximus *Terram describi floribus.*

AD EQVESTREM Ordinem.

mm M*Ediæ Scutatus Coppate Lunæ.*] id est in cuius femore C. Maior litera ad instar Lunæ, cādenti ferro inusta est, tametsi Scholiastes Aristophanis in Nubib⁹, Κοππατίας ἵππυς ita definiat, οἷς ἐγκεχάραχτο τὸ. K. στοιχεῖον, ὡς Σαμφόρας, τὺς ἐγκεχαραγμένυς τὸ C. etsi Paulo aliter Ioseph Scaliger explicare videatur ad Euseb. eruditâ digressione de Literis; tamen, quantumuis nec Coppa, nec Kappa, lunam efficiat, quibus literis vulgo inurebantur Equi quia tamen C latinum, Lunatum est, propterea, vocis proprietate cum eruditorum venia, tantillùm abuti liceat.

nn *Zephyrorum inflamine Chloris*] Achilles Alexandrinus lib. 3. zephyros vocat ἵππυς ἔαρος *Equos Verni temporis:* tria quatuórve adiecimus ad imitationem Philostrati, Manilij. D. Ioan. Chrysost. quorum iste Hom. 3. in cap. 15. Math. linguam nostram definit *Equum Regium eloquētia.* Philostratus, tribus epistolis vim oculorum miram in amore describens, lepida addit epitheta, parum à no-

ſtro aliena, nos oculos *Amoris equum* poſt illum diximus.

AD ENSEM
Regium.

oo SEu *Tempora ferri* &c.] Poſt Manilium, qui *Ferri Tempora* dixit quod Latini vulgo *Temperiem ferri*: Apuleius lib. I. Flor. *Temperaculum ferri*: Tertull. lib. de Pudic. *Temperamentum*. Veteribus. RR. autoribus *Concinnamentum* noſtri poſt Manilium *la Trempe*: potius *à Tempore*, quàm à Temperie, vel Temperaculo. Lucretius Ferri rigorem libro ſexto. & *glaciem æris & ferri* lib. I. pro temperie vel duritie. Tum glacies æris flammâ deuicta liqueſcit, quam vocem galli in chalybe, & vitro retinent.

PP *Enſes ventorum Dominos, Tempeſtatúmque potentes.*] loçus ex Cteſia apud Photium Patriarch. pag. 67. fabulæ proximus, vbi ait, apud Indos fontem fuiſſe, ex cuius fundo ſenſim ebulliebant ferri ramenta quę igne liquefacta, conflabantur in *Enſes duos Regios*, quorum vnum in manibus Paryſatidis Reginæ matris, alterum vero in Regis filij dextra vidiſſe ſe tradit, cuius vis erat νέφους καὶ χαλάζης, καὶ πρηστήρων ἀποτρόπαιος, ita vt cum humi infoderetur, extemplo Fulmina

vanescerent, & sudum orbi restitueretur: quæ nos præsenti rerum statui non absurde conuenire rati, huc traduximus.

qq *Plumatúmque volat tacitarum vellus Aquarum.*] Ex Dionysio lib. de situ orbis, qui niuem vocat ἐριώδες ὕδωρ. Laneam aquam, quem imitatus Martialis vocat *Tacitarum vellus aquarum.* lib. 4. Epig. 3. & *siccas aquas* Qui siccis lasciuit aquis & in æthere ludit. Arnob. lib. 2. *Plumeas crustulas.* nos utrúmque iunximus & niues vocamus *Plumatum vellus Aquarum tacitarum.* Omnes porro vt notat Eustath. ad Dionysium dixêre post illud Vatis hæbræi *Qui dat Niuem sicut lanam.*

rr *Durúmque volumen rupicibus folijs.*] Ferreum libellum in capulo Ensis Magnanimi Principis, Gothofredi Billoni, quem nos Pictauis vidimus, quem libellum aiunt esse S. Euangelium, nos *Volumen rupicibus folijs* appellamus post Saluianum, qui libro primo de Prouid. Tabulas lapideas Dei digito incisas vocat, *Rupices paginas, & Saxeum volumen.* Tertulianus Chironem, *Rupicem magistrum* lib. de pall. & *Scrupeam Scholam,* antrum in quo docebat Heroas.

ss *Noménque tibi post hæsit ab ictu.*] ab euentu Ferrisecantem dixere, nostri male Tallaferæum, in veteri enim fragmento Historiæ Aquitaniæ vocatur *Sector ferri* his verbis, quæ æuum incultum redolent, *Vvilhemus denique* SECTOR FERRI *(qui hoc cognomen adeptus, quod loricatum Nortmanum, in luctamine Ense proprio, nomine* CORTO

durissimo per media pectoris & ventris secuit vna percussione, claudens diem, &c.

AD COTHVRNOS.

tt *CVm Cæsar adest, & puluere pulchro sordidus* &c.] Loci huius imitationem debemus Sidonio Apoll. lib. 3. Epist 3. vbi gratulantes de Victoria Domino seruos inducit hoc pacto. Alij osculis puluerem tuum rapiunt, alij sanguine pinguia frena suscipiunt, alij sellarum Equestrium madefacta sudore fulcra resupinăt, alij de concauo tibi cassidis exituro, flexilium laminarum vincla diffibulant, alij explicandis ocrearum nexibus implicantur, &c. quæ nos ad verbum fere numeris adstrinximus.

uu *Quo pestis acerba Nasorum.)* Pestis Nasorum idest Irrisores & Momi: ex Catullo sumitur. Epig. 70. in Rufum. *Quare aut crudelem Nasorum interfice pestem, Aut admirari desine cur fugiant.* D. Gregorius Nyssen. in Psalm. illud Vatis Hæbræi, *In Cathedrâ Pestilentiæ non sedit*, interpretatur μυχληϱισμόν *Irrisionem*; quæ verè pestis est, ea inquã de qua isthic sermo est, eorum hominum, qui sacra, profana, diuina, humana rident, quod est *Sacrilegium summum* vt ait Socrates in Eutyphrone Platonis.

AD CALCARIA.

xx  *Agna bonorum Tempestas effusa ruet.*) Gregorius Nazian. περὶ φιλοπτωχείας dixit ἐπομβρείαν τῶν ἀγαθῶν, ideſt Turbinem & Torrentem bonorum Alij naro νιφάδας Apuleius 9. Mileſ. Procellam liliorum, & grandinem roſarum: cuiuſcumque demum rei magna vis eſt dicitur procella vel tempeſtas. Sidon. lib. 3. procella Alaparum: & in Narbone Glandium procellam.

yy *Tùm ſi qua domorum limina & ingentes*, &c.) Locus hic de Maieſtate & factu ingredientis Galli Gallinacei expreſſus ad verbum feré ex Graco Philes Sapientiſs. hic verbis quæ ob venuſtatem attexuntur πάλιν δ᾽ὅγε θύραν αὐταδῶς ὑποβρέχων, τὸν λόφον κλίνει, δοκεῖ γὰρ αὐτὸν εἰ προσεγγίσει μόνον, εἰς θραῦσιν ἐλθεῖν, καὶ ῥυῆναι τὸν τύφον, ideſt Cum ſubit limen, ſuperbè deijcit criſtam, nam ſi faſtigium vèl ſolum tangeret, ruiturum opinatur ſtatim, ruptíque fumos exituros culminis.

AD THRONVM

zz O *Bryſi veſtis radioſa metalli.*] iuxta illud Regum x. veſtiuit Auro puriſſimo: Laminam Auream Veſtem diximus tametſi non ignorem Demadē ab Athenæo acerbiùs notatum fuiſſe lib. 3. quod non abſimiliter dixiſſet τεῖχος, τὴν ἐσθῆτα πόλεως, Murum lapideum, Veſtem Ciuitatis, tamen & Homerus ſæpe dixit λαϊνὸν χιτῶνα lapidam Tunicam: & Lucianus in Reuiuiſcētibus, lapidationē, atq; imbrē ſaxorum deſcripturus, ait ſe opertum iri *lapideâ Tunica* & Nicephorus Greg. lib 3. Monumentum Marmoreum Imperatoris appellat Veſtē ſaxeam quorum exemplo laminas Auri quibus gradus obductos fuiſſe conſtat, vocamus *Veſtem auream.*

AD STRVMARVM Tactum.

a P *Lus fecit inermis quam faceret Cataphracta manus.*] aliquid ſimile de *Manu Eburnea* diximus: Vtrobique autē Senecam imitati diximus, qui libro de Prouidentiâ cap. 3. de Scæuola verba faciens, ait *Infelix eſt Mutius, quòd dextrâ Ignes hoſtium premit, & ipſe à ſe exigit er-*

roris sui pœnas, quod Regem, quem Armata manu non potuit, Exusta fugat, &c.

b *Seu quocunque loco Natura catullit largior.*]. Vox rei Rust. autoribus familiaris: est enim Catulire impatienter ad germinationem gestire, vt explicat Plinius lib. 16. cap. 25. ex quo traduximus: *Catulitionem Rustici vocant, gestiente Natura semina accipere, eóque animam inferente omnibus satis*, Berytius & Didymus lib. 2. γεωπον: vulgo dicunt ὀργᾷν, quod fermenti proprium est, cū massam inflat, vnde γῆν ὀργάδα, Terram inexhaustæ fertilitatis appellant, quam ita describit Helladius Bezantinous apud Photium Patriar. pag. 872. Biblioth. ὀργὰς μὲν κοινῶς πᾶσα ἡ γῆ ὅση ἐπιτηδεία πρὸς γονὰς καρπῶν, Ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι, τὴν ταῖν θεαῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ μεγαρίδος. idest omnis quidem terra vulgo Orgas, aut Catulliens dicitur, quæ valde habilis est ad excipiendos fructus, at vero Athenienses Orgadem, seu Catullientem terram dixere &c. ὀργᾷν vero ἀπὸ τῆς ὀργῆς dicitur ab Irâ quoniam pectus & animam inflat, vnde *esse in Fermento* apud Plautum est, iratum esse.

ELEGIARVM
DE TRISTI MORTE HENRICI MAGNI.

AD

LVDOVICVM FILIVM GALLIÆ ET NAVARRÆ REGEM Christianissimum.

EIVSDEM

FRANCISCI GARASSI Engolismensis, ex Societate IESV.

LIBER SINGVLARIS.



AVGVSTORITI PICTONVM,

Ex officicina ANTONII MESNERII Regis & Academ. Typographi.

CIƆ. CI. C. XI.

AMICO
LECTORI.

Si quæras Elegos acutiores,
Nihil pagina te moretur iſta;
Sat mens eſt Elegis acuta no-
ſtris,
Si dolor ſatis eſt acutus ollis.



ELEGIARVM DE TRISTI MORTE HENRICI MAGNI LIBER SINGVLARIS.

ELEGIA PRIMA EXCVSATIO *Ad Ludouicum xiij. Galliarum Regem quod Tardiùs HENRICI Patris luctuosam mortem nostro carmine dixerimus.*

TArdiùs egredior Princeps, vt Iusta Parēti
  Exhibeat calidis flebile carmen aquis:
Est etenim tibi tota suos testata dolores
  Gallia, iam lacrymis arida facta suis.
Quid facerem, Princeps? nam me cōmunis eodē
  Sorbuerat vasto luctus in Oceano.
Ac veluti Nautam ruptâ cùm protinus alno
  Pontus in ignotam despuit altus humum;
Hæret, & immani fractus sub mole malorum
  Immemor exitij sæpe fit ipse sui:
Non animus, non mens, ratio non deniq; restat,
  Et dolor in medijs desinit esse malis:

Magna calamitas linguæ vinculum est: ex Achille Alex. lib. 3.

Obstupet, & totos quamuis dolor occupet artus
Se putat in nullâ viuere tristitiâ.
At cum tandem animo nebulam deterget, & altâ
Tantillùm liquidæ mente quietis habet:
Reptat in extremas demũ dolor vsque medullas,
Atque malum quod iam desijt esse, dolet:
Quíque priùs vultu steterat defixus in vno
Incipit in proprijs garrulus esse malis.
Naufragium sentit cùm iam se turbo resoluit,
Et dum compositas colligit æquor aquas:
Tùm lacrymæ iniussæ veniunt, & copia fandi
Integra compressis frena relaxat aquis.
Et quoties tumefactum irâ circumspicit æquor
Indicat vnde sui cœperit ordo mali.
Hîc, ait, ad siccas allisa est nauis arenas;
Nescijt obliquum vertere Nauta latus.
Hîc inter gemuit scopulos, Incanáque saxa;
Non potuit magnas frangere Remus aquas.
Sic ego post tantum, Princeps Inuicte, dolorem
Talia cum sensi nuncia, dirigui.
Interea magnos iactabat Gallia questus,
Et flebat lacrymis publica damna suis:
Cursabant alij, & contis dispersa per altum
Verrebant vasti fragmina naufragij.
Hoc vidi, & plenâ mœrens figebar arenâ,
Obrutus Immani pondere tristitię.
Propterea me quisque manu, cubitóq; lacessit
Dum putat in nulla viuere parte, mali:
Quòd me debilitat sensu Iactura, putatur
Hic stupor in tantis perfidus esse malis.

Quòd sileo, scelus esse putant, & crimine tanto
Vt dicunt, etiam conticuisse nocet,
Postquá igitur potui sub grádibus obrutus vndis,
Pressus & immani tollere nocte caput.
Da citharã, Puer, Exclamo, nam te volo carmen
Dicere, sed dignum Principe carmen erit.
Importuna mihi subito vis ingruit, atque
Deridet nisus impia turba meos.
Tardiùs egrederis, dicunt; nec Principe dignum
Tarda quod inspergit Noctua, carmen erit.
Tardiùs egredimur, fateor, sic me docet vsus
Digna cani magnis carmina principibus:
Non quæ festinans peperit Lucina, canitque
Tarda inter reliquas carmina Cycnus aues.
Quin etiam dixi tardis est gratia rebus,
Nec peior primo lumine, Vesper erit.
Gratior est Græcis tardi Philomela palati
Dulcius in tardo gutture carmen habet
Nec quoniam tardos generat vindemia fructus,
Creditur Ingrati gratia parua Dei.
Sol micat in cœlo stellarúmque aurea Messis,
Sed tamen vrticis tardior illa fuit.
Adde quòd in lacrymis maior sit gloria tardis,
Quas fecit nulla purior arte dolor.
Balsama desudant, sed non Torrentibus vndis
Lacryma guttatim principe digna cadit.
Non fluit vbertim rigidis Crystallus in antris,
Myrrha nec vndosis manat ab Arboribus,
Quicquid agit lacrymis Natura, remissius èxit.
Nec nisi maturæ flumina fundit Aquæ.

Tardiora carmina, gratiora.

ἀηδὼν βραδύγλωσσος.

D. Ambros. 3. Hex. Anterior rubus quã Sol, antiquior herba quam luna, noli ergo Solem deum credere, &c.

ELEGIA SECVNDA
HONORES HENRICO MAGNO extra Galliam habiti.

ET

QVINQVE SOLES IN COELO, Paulo ante eius mortem visi apud Interamnates Vasconiæ.

ER calamum cepi fateor, sed scribere versum
Horruit, & manib⁹ decidit ille meis:
Ter pede pulsaui impatiens, Ter frena momordi,
Ter mala carminibus vota, precésque dedi.
Tentaui Heroas versus, & grandia Regum
Carmina, vel magnæ iungere verba lyræ.
Digna videbatur grandi res ista cothurno,
Nomen, vt æternis iret ad Astra rotis.
Aruerat mihi vena omnis, nec in ardua mentem
Fas erat, aut pressum tollere posse caput.
Carmen erat, veluti quondam si ferreus axis
Serpentem in durâ presserit altus humo:
Conuerti venam ad lacrymas, luctúmque paraui,
Flebilibus condi res erat apta modis.
Nec mora, totius concurrere Flumina mundi
Cœpêre, ad lacrymas, Pontus & ipse meas.
Quotquot erant gentes sociali fœdere iunctæ
Quæque fuit nullâ Natio iuncta fide.
O Domine! ô mundi! ô Terræ fortissime Rector!

Ipſe tuo Mundum ſternis in Interitu.
Scis quianam moriente fleat te Mundus, & iſtas
Terra det extremi muneris exequias?
Pœnituit Mundum, Tibi ſe quòd non dedit vni,
Terráque quòd non ſit legibus vſa tuis.
Ergo ſibi quondam quod te viuente negarat,
Hoc ſibi poſt mortem vindicat ille tuam.
Flet Mũdus; tibi Terra tuos iam reddit honores,
Vt ſibi, ſe ſaltem crederet eſſe tuam.
Inque ſuis ſoluit lacrymis vectigal Amarum:
Quæ terram haut potuit ſoluere, ſoluit aquas.
Hoc etiam cœlum eluxit, ſéque Aſtra pararunt,
Vt magnam inſtruerent clariùs antè Domum.
Nam perhibent, quinque ante nouos tua funera Soles
Aſtráque non ſolito viſa fuiſſe loco.
Hoc populi, hoc Terræ, hoc cœlum, reſupináq; mundi
Hoc etiam facies vidit, & ingemuit.
Quinque diem infregêre faces, æternáque cœli
Militia, inſolito lumine pulſa fuit.
Quis negat ô Princeps? Tibi iam cœlum quoque ſeruit,
Atque facit Soles te moriente nouos.
Quantus eris, magno vel quàm radioſus Olympo
Cùm proprium toto corpore lumen erit?
Credo nouum facies illuſtri corpore cœlum
Atque tibi proprias Sol dabit ipſe vices.
Túque tuis olim populis lucebis ab alto,
Et fies noſtro ſidus in orbe nouum.

Piſid. in Hexam. Deus, inquit λῆμμα θερμοῦ δακρύου πορίζεται, *vectigal calidarum dacrymarũ colligit.*

Apud. Interãnates Vaſconiæ.

De te finis erit, de te sumetur origo,
Ducet & inde suos Gallia tota dies,
Tu nostras olim facies HENRICE Kalendas.
Deque tuo quondam nomine mensis erit:
Certa præiuerunt tacito præsagia cœlo
Cùm dat in Interitu sidera quinque tuo.

ELEGIA TERTIA.

AD RHEDAM IN QVA HEN-RICVS Magnus à Proditore confossus est.


H quoties dextram horribilé, terrúmq. furorem
Cogito, per sensus it furor ipse meos.
Et quanquam sit Musa mihi, sit Phœbus Apollo,
Dote pudicitiæ clarus vtérque suæ:
Attamen experior Musam sub corde furentem
Gliscit & in venas ebrius ille meas.
Destino nunc homini Diras, & amara cruenti
Non minùs Archilocho carmina fellis habent.
Nunc lacrymas HENRICE tibi, nunc fundo querelas.
Et mersum grauidis sentio pectus aquis.
Dira Sophoclæo nunc dicere fata cothurno
Gestio, nam tragico res fuit acta modo.
Sed mihi luctantes aliô furor improbe sensus
Abripis, & venam torquet ineptus Amor.

Dum

Dum loquor hæc, lacrymísq; meis dum Marmora sudant,
Dira subit tetræ mentio facta necis.
Mens volat, & veluti qui mergitur æquore vasto
Quicquid obest, medias arripit inter aquas;
Nunc animum Lectica subit, séque ingerit vltro
Ah nimium tardis ingerit apta rotis!
Lecticam arripio, & quamuis affinia nulli
Esse sciam facti, ligna maleficio.
Sic ego sacrilegas lacrymans compello quadrigas
Apta lacessitus verba ministrat Amor.
Qualis erat vobis species, cùm perfidus ille
Sanguine Regali Temo cruentus erat!
Qualis cum madidos vidistis sanguine postes
Et nece tardatas Ingemuisse rotas?
Ah pereat lectica omnis! vos ite quadrigæ
Inque malum magnis ocyùs ite rotis
Esseda quam meliùs quondam duxêre Bubulci,
Regibus, & tardi plostra superba boues!
Cum Karolus carpento olim veheretur aperto
Nesciit occultas Intremuisse minas.
Alta ferebantur candentibus Esseda Tauris
Nudáque inornatis Rheda venusta rotis.
Nulla triumphales texebant vela quadrigas,
Nuda fuit magnis sella peristromatis.
Postea venerunt Ingentia Conopæa,
Et corium, Rhedæ texit vtrúmque latus.
Hinc fraudes, hinc mille dolos, & crimina duxit
Posteritas magnis ingeniosa malis.
Sic etenim tutas sceleri fecere latebras,

Inde Martialis lib. x. Ep. 7. Regem Galliæ vocat Contumeliosum bubulcum, quoniã bubus & carpento vtebatur. Nec te barbara contumeliosi calcatum rota conterat Bubulci.

Traditor & clausos glíscit ad vsque viros.
Et Iugulum petit, & ceruicibus imminet altis,
Nec miser instantes præcauet arte dolos.
Venit enim tetigítque latus, mersítque profundo
Proditor inferni lixa ministerij.
Ah pereat lectica omnis! vos ite quadrigæ
Inque malum magnis ocyùs ite rotis!

ELEGIA QVARTA

AD ENGOLISMAM PRODITO-ris Patriam.

NOn aliter quàm cùm rabie correptus amarâ
Impatiens clauso Taurus in orbe furit.
Factio quem Iuuenum trepidas exercet in iras,
Quémque premit durâ lancea iacta manu.
Spumat, & ardentem pedibus dispergit arenam,
Toruus & iratâ cornua fronte iacit.
Si premit ardenter iuuenem, ruit alter in hastâ
Feruidus, oppositas excitat iste minas.
Vrget eum Taurus, sed fortiùs ingruit alter;
Et furere in nullo desinit hasta loco.
Est furor ignauus, nullo fit pugna duello,
Sit licet armatis area plena viris.
Non aliter stadio, Princeps, disclusus iniquo,
Asto, velut medias aridus inter aquas.
Pungit enim Patriæque dolor, priscíque Penates,
Patria, sacrilegi patria facta viri.

Ille (fatebor enim) me luctus acerbior omni
Pungit, & ipsa mihi conterit ossa dolor.
Currere credebam ad Patriã, sed me impia tardat,
Impia sacrilegis Rheda moratur equis.
Ah Patriæ (dicámne meæ, dicámne meorum
Quæ parit, immani barbara monstra solo?)
Ah Patriæ (dicámque meæ, dicámque meorum)
Flebilis æternâ casus in historiâ!
Regum olim popularis eram, quódque vna meorum
Mater erat Regum Patria, magnus eram.
Facundúsque fui, si quando ornanda fuisti,
Aut iactanda tuis Patria nostra bonis.
Gallia [dicebam] Mundi sunt Gallia Baiæ:
Non est in toto cultior orbe locus.
Gallia Aquitanis sed cultior extat in oris,
Pulchrior & toto quàm sit in Imperio.
Inter Aquitanos est nobilis vnica tractus,
Inter & Elysios Patria nostra lares:
Addebam Tuparæ fontes, & culta virorum
Iactabam innumeris artibus ingenia.
Addebam quæ vera tui, quæ falsa sciebam
Quæ mihi suggessit, Patria, cæcus amor.
Si quicquam erraui de te, fuit error amoris
Est etenim vitium garrulitatis amor.
Iam vero ô Patria! ô magni domus inclyta Regis!
Quàm mutata tuæ gloria sortis erit!
Tu mihi quæ magnas posuisti in vertice cristas,
Ipsa verecundas spargis in ore notas.
Quuicquid erit [nec me esse tuâ de gente negabo

Aquitania cæteris Galliarum prouinciys multis partibus antecedit, iudicio Saluiani lib. 7. ibi vide luculentam Aquitaniæ descriptionem.

Patria, nec te olim mentiar esse meam)
O vtinam tamen, ô vtinam sine crimine possem
Vel Scytha, vel veniâ Frisius esse tuâ!
Obijciunt mihi vulgus iners, sine nomine turba
Quòd de te solùm nascar, id esse scelus.
Et quoties pro te arma manu, vel carmina posco
Patria, tum duplex creditur esse malum.
Quicquid enim pro te ædifico, conuertit ab imo
Vnica sacrilegi mentio facta viri.
Népe tot egregios homines, tot fulcra Coronę
Tot fero nobilium fortia facta ducum.
Contra Iudicij mores, in Testibus, vnus,
Impius: immuneris præualet iste bonis.
Nil valet vt notũ est, sed præualet omnibus, ô rem
Indignam afflictæ conditione domus!
Et quoties HENRICVS adest, sparsúmque cadauer,
Ossea vel vultus verberat vmbra meos.
Te nimiùm solo fecundam Patria monstro,
Te voco funestæ fertilitatis opus.
Vtque tuis facundus eram pro laudibus olim,
Lingua mihi proprijs iam fit acuta malis.
Parce tamen, parce ô Patria, æterníque Penates
Si pius extundit verba scelesta furor.
Me dolor incendit iustus: me publica rerum
Damna mouent, vno publica facta malo.

ELEGIA QVINTA

AD TVPARAM AMNEM, GVRgite, & Cycnis olim nobilem, ad cuius ostia natus est Parricida.

AH vt ego rerum specie deludor inani
Musáque me vanis pascit Imaginibus!
Credideram Tuparã, vastæque voraginis vndas,
Cuius inexhaustis prata rigantur aquis.
Esse decus patriæque meæ, totúmque per orbem
Cantatum Tuparæ nomen ad Astra vehi.
Euphratémque altum, & magni cunabula Nili
Credebam ignauis somnia digna viris.
Quódque suas Arethusa, mari non misceat vndas
Indignum intexi rebar in historiâ,
Dum sacros Tuparæ fontes, magnúmque videbã
Currere de primis flumen originibus.
Credebam in Thalamo fontis, rotantia subter
Flumina, mille Deos ludere, mille Deas:
Hîc inter iuncos, subtérque micántis arenæ
Feruorem, sedes constituisse suas.
Audieram pennis plaudentibus agmen Olorum
Quondã in purpureas spargere carmen aquas;
Hîc Mæander erat, gelidísque volabat in vndis,
Cycnus Aquitanis Incola factus agris.
Audieram nebulas interdum halare calentes,

Et feruens gelidis mittere ſulphur aquis.
Audieram [ſi vera fides] tot ſomnia rerum,
Vt liber in magnas creſceret Iliadas.
Barbare fons, & vos vndæ peccaſtis amaræ,
Et cœlum dirâ peccat in inuidiâ:
Vos ite ô Sſtygijs cognata paludibus antra,
Ite ter horrendis antra voraginibus.
Quęrite qui laudet Tuparam, qui dicat Olores,
Quærite qui veſtras carmine cantet aquas.
Nec puto vos olim (ſi dicere fas ſit) Olores
Pauiſſe herboſis antra ſcelesta toris.
Agmen erat Coruorũ ingens, non agmen Olorũ,
Neſcit tam nigris viuere Cycnus aquis.
Fallor, erant Cycni, ſed cùm res lapſa Deorum
Formáque tam pulchri fugit honeſta loci,
Proditor his (mirum) quo tempore natus in oris,
Nullus ab hoc coluit tempore Cycnus aquas.
Exul enim profugúſque parens de ſede paternâ,
Venit, & hos Tuparæ conſtitit inter agros.
Hoc ſenſit præſagus Olor; Tuteláque Phœbi,
Horruit & tanti conſcius eſſe mali:
Diſceſsêre omnes funeſta ſonantibus alis,
Vt fugeret nigrum candida turba nefas:
Hoc ſubitâ monuêre fugâ, monuêre volatu,
Et monuit mœſtis Muſica fracta modis.
Sed nos qui gerimus tardos in pectore ſenſus,
Ah nimium noſtris pectora tarda malis!
Nec cœlo interdum irato, nec credimus Aſtris,
Semper & ignauas ducimus eſſe minas.
Vos tamen ô Tuparæ fontes, Ambeſáque ſaxa

Lugete hoc totis tristia crimen aquis.
Nec pluuiæ, nec roris honos, nocturnáque mella,
Nec pius infestas augeat Imber aquas.
Arida sit quacúnque flues, insanáque Tellus,
Arbor & obscenas mortua pascat aues.
Nec te pulcher olor, nec te passalis hirundo,
Sed colat horrificis Noctua mœsta modis:
Téque Carenta meus moneo, te nobilis vnda.
Quæ fluis aurifero pulchrior vnda Deo.
Tu capis amplexus Tuparæ, tu brachia lentas
Vt sis sacrilegę, stulte, maritus aquæ!
Ah fuge, & in siccas facito diuorgia terras,
Impia ne fluctus polluat vnda tuos.
Si frendet Tupara, & cursu spumantis arenæ
Te cupit antiquo nectere coniugio.
Dic te Gallum esse, & Tuparæ liuentis Amorem
Respuere, è stygijs qui fluit ater aquis.

Ita Solinus cap 66. Rorem vocat cocharum maritum, Manilius Bacchü vlmi maritum &c.

ELEGIA SEXTA.

COLOSSVS ET MONVMENTVM QVADRILATERVM ÆTERNÆ Memoriæ HENRICI Magni positum.

IN QVO REGIAE EIVS VIRTVTES suo quæque latere sculpuntur.



VOs alacres properate Deę, vestróq; Parenti
Neruos virginei corporis exerite.
Æternum molimur opus, si viuere tempus

Æternum vestri carminis arte datur:
Ista sed obscuras consumat Pyramis Vmbras,
Nulláque conatus denigret Vmbra meos.
Neu pigeat, Diuæ, hunc etiam cepisse laborem,
Neu molles operi conteruisse manus.
Phœbe feras lapides, sed sit seges aurea, pulchras
Quotquot habet gēmas Pontus, & Indus opes.
Cur etenim Latomi poterit non munere fungi
Qui duxit Phrygiæ per iuga pastor oues?
Cementū vos ferte Deæ; quod Nectare primùm
Iuppiter, & teneræ rore saginet aquæ.
Calliope Trullam accipiet succincta lacertos,
Gaudet & in roseâ malleus esse manu:
Sit licèt in teneris versata laboribus olim,
Membráque femineo fracta ministerio,
Marmora moliri poterit, lapidèsque mouere,
Et super-imposito vertere saxa Iugo.
Quæ potuit tenuisse colum, vel flectere fusos,
Pulchráque formosæ tangere plectra lyræ.
Hunc animū, neruósq; dabis fortissime Princeps,
Surget & in laudes fortior illa tuas.
Hoc vnum doleo, quia te cùm Mundus adoret,
Ac mirabilibus credat inesse suis.
Non poterit nostro de carmine Pyramis esse
Quæ tantum merito nomen in astra ferat.
Et non talis erit, cunctas quæ sorbeat vmbras,
Lumen & inspergat Numinis alta tui.
Conabor tamen, & pulchræ sin fabrica molis,
At lapidum certe grandis aceruus erit.
Marmor erit, gemmæque simul, confusáq; saxa,
Sic

Sic erit ex vnâ gloriá materiâ.
Materies laudabit opus, formâque ſub illa
Occultum ingenij crimen inertis erit.
Et ſi fata dabunt, tùm me rear eſſe peritum
Quòd mihi materies carminis iſta fuit.
In Reges peccabit enim, qui pulchra canendo
Facta, decus proprio quærit ab ingenio.
Quatuor opponam facies: & quatuor ora,
Quiſque feret proprias Angulus hiſtorias.
Vt quoniam Terræ ſunt quatuor ora, ſibíque
Quatuor oppoſitas Mundus habet facies.
Pyramis hæc, magno dicat Miracula mundo
Quacúnque aſpiciet Principis acta mei.

ELEGIA SEPTIMA

PRIMA COLOSSI ET PYRAMIDIS FACIES.

FORTITVDINI REGIAE.

Euriensis Victoria.

IAm ſtat, & immoto firmatur corpore moles
Noſtráque Phœbæo Pyramis auxilio.
Nunc opus eſt, illámque ſuis diſculpere ſignis,
Et Parium claris marmor imaginibus
Iſta tuis primùm depingitur aurea Bellis,

De te finiverit, de te sumetur origo,
Ducet & inde suos Gallia tota dies,
Tu nostras olim facies HENRICE Kalendas.
Deque tuo quondam nomine mensis erit:
Certa præiuerunt tacito præsagia cœlo
Cùm dat in Interitu sidera quinque tuo.

ELEGIA TERTIA.

AD RHEDAM IN QVA HENRICVS Magnus à Proditore confossus est.


AH quoties dextram horribilé, tetrúmq. furorem
Cogito, per sensus it furor ipse meos.
Et quanquam sit Musa mihi, sit Phœbus Apollo,
Dote pudicitiæ clarus vtérque suæ:
Attamen experior Musam sub corde furentem
Gliscit & in venas ebrius ille meas.
Destino nunc homini Diras, & amara cruenti
Non minùs Archilocho carmina fellis habent.
Nunc lacrymas HENRICE tibi, nunc fundo querelas.
Et mersum grauidis sentio pectus aquis.
Dira Sophoclæo nunc dicere fata cothurno
Gestio, nam tragico res fuit acta modo.
Sed mihi luctantes aliô furor improbe sensus
Abripis, & venam torquet ineptus Amor.
Dum

Dum loquor hæc, lacrymíſq; meis dum Marmora ſudant,
Dira ſubit tetræ mentio facta necis.
Mens volat, & veluti qui mergitur æquore vaſto
Quicquid obeſt, medias arripit inter aquas;
Nunc animum Lectica ſubit, ſéque ingerit vltro
Ah nimium tardis ingerit apta rotis!
Lecticam arripio, & quamuis affinia nulli
Eſſe ſciam facti, ligna maleficio.
Sic ego ſacrilegas lacrymans compello quadrigas
Apta laceſſitus verba miniſtrat Amor.
Qualis erat vobis ſpecies, cùm perfidus ille
Sanguine Regali Temo cruentus erat!
Qualis cum madidos vidiſtis ſanguine poſtes
Et nece tardatas Ingemuiſſe rotas?
Ah pereat lectica omnis! vos ite quadrigæ
Inque malum magnis ocyùs ite rotis
Eſſeda quam meliùs quondam duxêre Bubulci,
Regibus, & tardi ploſtra ſuperba boues!
Cum Karolus carpento olim veheretur aperto
Neſciit occultas Intremuiſſe minas.
Alta ferebantur candentibus Eſſeda Tauris
Nudáque inornatis Rheda venuſta rotis.
Nulla triumphales texebant vela quadrigas,
Nuda fuit magnis ſella periſtromatis.
Poſtea venerunt Ingentia Conopæa,
Et corium, Rhedæ texit vtrúmque latus.
Hinc fraudes, hinc mille dolos, & crimina duxit
Poſteritas magnis ingenioſa malis.
Sic etenim tutas ſceleri fecere latebras,

Inde Martialis lib. x. Ep. 7. Regem Galliæ vocat Contumelioſum bubulcum, quoniã bubus & carpento vtebatur. Nec te barbara contumelioſi calcatum rota conterat Bubulci.

Traditor & clauſos gliſcit ad vſque viros.
Et Iugulum petit, & ceruicibus imminet altis,
Nec miſer inſtantes præcauet arte dolos.
Venit enim tetigítque latus, mersítque profundo
Proditor inferni lixa miniſterij.
Ah pereat lectica omnis! vos ite quadrigæ
Inque malum magnis ocyùs ite rotis!

ELEGIA QVARTA

AD ENGOLISMAM PRODITO-ris Patriam.

NOn aliter quã cùm rabie correptus amarâ
Impatiens clauſo Taurus in orbe furit.
Factio quem Iuuenum trepidas exercet in iras,
Quémque premit durâ lancea iacta manu.
Spumat, & ardentem pedibus diſpergit arenam,
Toruus & iratâ cornua fronte iacit.
Si premit ardenter iuuenem, ruit alter in haſtâ
Feruidus, oppoſitas excitat iſte minas.
Vrget eum Taurus, ſed fortiùs ingruit alter;
Et furere in nullo deſinit haſta loco.
Eſt furor ignauus, nullo fit pugna duello,
Sit licet armatis area plena viris.
Non aliter ſtadio, Princeps, diſcluſus iniquo,
Aſto, velut medias aridus inter aquas.
Pungit enim Patriæque dolor, priſcíque Penates,
Patria, ſacrilegi patria facta viri.

Ille (fatebor enim) me luctus acerbior omni
Pungit, & ipsa mihi conterit ossa dolor.
Currere credebam ad Patriã, sed me impia tardat,
Impia sacrilegis Rheda moratur equis.
Ah Patriæ (dicámne meæ, dicámne meorum
Quæ parit, immani barbara monstra solo?)
Ah Patriæ(dicámque meæ, dicámque meorum)
Flebilis æternâ casus in historiâ!
Regum olim popularis eram, quódque vna meo-
rum
Mater erat Regum Patria, magnus eram.
Facundúsque fui, si quando ornanda fuisti,
Aut iactanda tuis Patria nostra bonis.
Gallia [dicebam] Mundi sunt Gallia Baiæ:
Non est in toto cultior orbe locus.
Gallia Aquitanis sed cultior extat in oris,
Pulchrior & toto quàm sit in Imperio.
Inter Aquitanos est nobilis vnica tractus,
Inter & Elysios Patria nostra lares:
Addebam Tuparæ fontes, & culta virorum
Iactabam innumeris artibus ingenia-
Addebam quæ vera tui, quæ falsa sciebam
Quæ mihi suggessit, Patria, cœcus amor:
Si quicquam erraui de te, fuit error amoris
Est etenim vitium garrulitatis amor.
Iam vero ô Patria! ô magni domus inclyta Regis!
Quàm mutata tuæ gloria sortis erit!
Tu mihi quæ magnas posuisti in vertice cristas,
Ipsa verecundas spargis in ore notas.
Quuicquid erit [nec me esse tuâ de gente negabo

Aquitania cæteris Galliarum prouinciis multis partibus antecedit, iudicio Saluiani lib.7. ibi vide luculentam Aquitaniæ descriptionem.

Patria, nec te olim mentiar esse meam)
O vtinam tamen, ô vtinam sine crimine possem
Vel Scytha, vel veniâ Frisius esse tuâ!
Obijciunt mihi vulgus iners, sine nomine turba
Quòd de te solùm nascar, id esse scelus.
Et quoties pro te arma manu, vel carmina posco
Patria, tum duplex creditur esse malum.
Quicquid enim pro te ædifico, conuertit ab imo
Vnica sacrilegi mentio facta viri.
Népe tot egregios homines, tot fulcra Coronę
Tot fero nobilium fortia facta ducum.
Contra Iudicij mores, in Testibus, vnus,
Impius: immuneris præualet iste bonis.
Nil valet vt notū est, sed præualet omnibus, ô rem
Indignam afflictæ conditione domus!
Et quoties HENRICVS adest, sparsúmque cadauer,
Ossea vel vultus verberat vmbra meos.
Te nimiùm solo fecundam Patria monstro,
Te voco funestæ fertilitatis opus.
Vtque tuis facundus eram pro laudibus olim,
Lingua mihi proprijs iam fit acuta malis.
Parce tamen, parce ô Patria, æterníque Penates
Si pius extundit verba scelesta furor.
Me dolor incendit iustus: me publica rerum
Damna mouent, vno publica facta malo.

ELEGIA QVINTA

AD TVPARAM AMNEM, GVRgite, & Cycnus olim nobilem, ad cuius ostia natus est Parricida.

AH vt ego rerum specie deludor inani
Musáque me vanis pascit Imaginibus!
Credideram Tuparã, vastæque voraginis vndas,
Cuius inexhaustis prata rigantur aquis.
Esse decus patriæque meæ, totúmque per orbem
Cantatum Tuparæ nomen ad Astra vehi.
Euphratémque altum, & magni cunabula Nili
Credebam ignauis somnia digna viris.
Quódque suas Arethusa, mari non misceat vndas
Indignum intexi rebar in historiâ,
Dum sacros Tuparæ fontes, magnúmque videbã
Currere de primis flumen originibus.
Credebam in Thalamo fontis, rotantia subter
Flumina, mille Deos ludere, mille Deas:
Hîc inter iuncos, subtérque micantis arenæ
Feruorem, sedes constituisse suas.
Audieram pennis plaudentibus agmen Olorum
Quondã in purpureas spargere carmen aquas;
Hîc Mæander erat, gelidísque volabat in vndis,
Cycnus Aquitanis Incola factus agris.
Audieram nebulas interdum halare calentes,

Et feruens gelidis mittere ſulphur aquis.
Audieram [ſi vera fides] tot ſomnia rerum,
Vt liber in magnas creſceret Iliadas.
Barbare fons, & vos vndæ peccaſtis amaræ,
Et cœlum dirâ peccat in inuidiâ:
Vos ite ô Sſtygijs cognata paludibus antra,
Ite ter horrendis antra voraginibus.
Quęrite qui laudet Tuparam, qui dicat Olores,
Quærite qui veſtras carmine cantet aquas.
Nec puto vos olim (ſi dicere fas ſit) Olores
Pauiſſe herboſis antra ſceleſta toris.
Agmen erat Coruorũ ingens, non agmen Olorũ,
Neſcit tam nigris viuere Cycnus aquis.
Fallor, erant Cycni, ſed cùm res lapſa Deorum
Formáque tam pulchri fugit honeſta loci,
Proditor his (mirum) quo tempore natus in oris,
Nullus ab hoc coluit tempore Cycnus aquas.
Exul enim profugúſque parens de ſede paternâ,
Venit, & hos Tuparæ conſtitit inter agros.
Hoc ſenſit præſagus Olor; Tuteláque Phœbi,
Horruit & tanti conſcius eſſe mali:
Diſceſsêre omnes funeſta ſonantibus alis,
Vt fugeret nigrum candida turba nefas:
Hoc ſubitâ monuêre fugâ, monuêre volatu,
Et monuit mœſtis Muſica fracta modis.
Sed nos qui gerimus tardos in pectore ſenſus,
Ah nimium noſtris pectora tarda malis!
Nec cœlo interdum irato, nec credimus Aſtris,
Semper & ignauas ducimus eſſe minas.
Vos tamen ô Tuparæ fontes, Ambeſáque ſaxa

Lugete hoc totis tristia crimen aquis.
Nec pluuiæ, nec roris honos, nocturnáque mella,
Nec pius infestas augeat Imber aquas.
Arida sit quacúnque flues, insanáque Tellus,
Arbor & obscenas mortua pascat aues.
Nec te pulcher olor, nec te passalis hirundo,
Sed colat horrificis Noctua mœsta modis:
Téque Carenta meus moneo, te nobilis vnda.
Quæ fluis aurifero pulchrior vnda Deo.
Tu capis amplexus Tuparæ, tu brachia lentas
Vt sis sacrilegę, stulte, maritus aquæ!
Ah fuge, & in siccas facito diuorgia terras,
Impia ne fluctus polluat vnda tuos.
Si frendet Tupara, & cursu spumantis arenæ
Te cupit antiquo nectere coniugio.
Dic te Gallum esse, & Tuparæ liuentis Amorem
Respuere, è stygijs qui fluit ater aquis.

Ita Solinus cap 66. Rorem vocat cochearum maritum, Manilius Bacchū vlmi maritum &c.

ELEGIA SEXTA.

COLOSSVS ET MONVMENTVM QVADRILATERVM ÆTERNÆ Memoriæ HENRICI Magni positum.

IN QVO REGIAE EIVS VIRTVTES suo quæque latere sculpuntur.



Vos alacres properate Deę, vestróq; Parenti
Neruos virginei corporis exerite.
Æternum molimur opus, si viuere tempus

Sic erit ex vnâ gloria materiâ.
Materies laudabit opus, formâque sub illa
Occultum ingenij crimen inertis erit.
Et si fata dabunt, tùm me rear esse peritum
Quòd mihi materies carminis ista fuit.
In Reges peccabit enim, qui pulchra canendo
Facta, decus proprio quærit ab ingenio.
Quatuor opponam facies: & quatuor ora,
Quisque feret proprias Angulus historias.
Vt quoniam Terræ sunt quatuor ora, sibíque
Quatuor oppositas Mundus habet facies.
Pyramis hæc, magno dicat Miracula mundo
Quacúnque aspiciet Principis acta mei.

ELEGIA SEPTIMA

PRIMA COLOSSI ET PYRAMIDIS FACIES.

FORTITVDINI REGIAE.

Euriensis Victoria.


Am stat, & immoto firmatur corpore moles
Nostráque Phœbæo Pyramis auxilio.
Nunc opus est, illámque suis disculpere signis,
Et Parium claris marmor imaginibus
Ista tuis primùm depingitur aurea Bellis,

Portat & intrepidæ fortia facta manus.
Sed quia tam paruo præclara volumine gesta
Non datur, aut tenui pingere castra loco.
Grandis in angustum veniet victoria saxum,
Et totum in tenui marmore fulmen erit.
Sic magnum Alcidem, quanquã sit corpore vasto
Annulus in paruo sæpe gerit digito.
Sólque Pater Mũdi quo maximus est minor orbis
Totus in exiguâ sæpe videtur aquâ.
Sic minor hæc tanto quamuis est Principe moles,
Magnus in exiguo carmine Victor erit.
Totus enim fuit in bello Cultracis arenæ,
Atque fuit pugnâ totus in Euriacâ.
Nonne vides vt fertur ouans, gressúque superbo,
Proterit hostiles Fulminis instar agros?
Nonne vides etiam, vt factus de Principe Miles,
Irruit in magni fortia Castra MANI?
Turbat vt aduersas acies, & sanguine pulcher
Fligit vt intrepidâ vúlnera multa manu?
Hæc sunt Euriacos fulgentia signa per agros,
Et propè quæ paruos pugna fuit Druyadas.
Ad dextrã Lotharenus habet cũ principe Parmâ,
Atque peregrino fœdere iuncta Manus.
Parte alia, longum HENRICVS metatur in arcum,
Explicat & nostræ nobilitatis opes.
Quòd si saxa loqui, vel dicere marmora scirent,
Quicquid terrificum viderit ista dies.
Ardua sudaret moles, pulchroque cruore
Manantem HENRICVM sanguinolenta daret.
Diceret & MANIVM belli sub fasce prementem,

Philo Iudæus initio κοσμοπ. nõ secus quam Colossi in paruo sculpũtur annulo: ita Dei Magnitudo, in angusto volumine sæpe ponitur & videtur, &c.

Cum regit æternis castra sub auspicicijs.
Diceret EGMVNDVM, claro qui vulnere fossus
Magni fulmineo Principis ense cadit.
Te quoq; ne sileã veteri de sanguine BRONSVICH,
Diceret, ô gentis gloria pulchra tuæ.
Et, si pace(Duces) liceat mihi dicere vestrâ,
Et sua sit magnis gloria danda viris.
Diceret hæc MANIVM belli sub mole gementem,
(Vox tamen ô veniâ dicta sit ista tuâ)
Est aliquod cessisse decus, cecisse potenti,
Et latet in vestrâ gloria pulchra fugâ.
Qualis enim quondam furioso nauita ponto,
Cùm ferus in nigris Turbo mouetur aquis.
Inter & undantes scopulos gemit vncta carina,
Veláque disruptis funibus alta sonant.
Et ruit aduerso luctamine Malus in vndas,
Rimáue compactum perfida laxat opus,
Non tumidis luctatur aquis, non rumpit arenas,
Non petit inflato spumea saxa mari.
Sed fugit, & portu sapiens se condit in alto
Dum redeat claris purius æquor aquis
Nõ aliter tu Magne Mani, Tuque Inclyte Parma,
Quos mea venturis Musa loquetur auis.
HENRICVM ex alto vidisti in bella ruentem,
Fortiùs ardenti quàm furit vnda freto.
Heroasque Deo quoniam nosti esse minores
Telaque terrificis cedere fulminibus.
Mouisti conuulsa tuæ vexilla cohortis,
Ne fieres pugnâ clarus ab Euriacâ.
Quicquid enim mansitue hominum, vel mansit equorum,

Totum ſanguineo voluit in Occeano.
Et niſi fulmineæ reuocaſſet pondera dextræ,
Non erat infauſtæ nuncius hiſtoriæ.
Arcüa Thermopylas ſuperaſſet, & Euria Cānas
Quæ fieret veſtro nobilis exitio.
Hæc facies HENRICE tuis eſt prima Triumphis
Hæc primùm bellis marmora picta tuis.
Quæ ſi poſteritas olim non fracta videbit,
Et maneant longis integra temporibus:
Te ſequar, ínq; tuis adero pars vna Trophæis,
Noſter & in tenui parte Triumphus erit.

ELEGIA OCTAVA

APPENDIX PRIMI LATERIS DE VICTORIA EVRIENSI.

Ad Iulium Næriam è Societ. IESV *poëtam eximium in eius Odem Pindaricam de eadem Euriensi victoriâ.*

IVro tibi, ſi quid memini me Næria quondā
Vidiſſe in Muſâ cultius Auſoniâ.
Sunt ipſæ Veneres, ſunt hæc mihi carmina Baiæ,
Aut ſi quid Baijs dulcius orbis habet.
Campani Illecebræ molles, & rura Canobi,
Quæ ſecat aurato vomere pulcher Amor.
Sunt glebæ Heſperidū, rigui vel fundus Hymetti,
Quem lauat aſſiduâ Phæbus in Ambroſiâ.
Pindaricis ſunt mella roſis formata, fauuſque

Quem pressit manibus Gratia pulchra suis.
Parce mihi, quid sit video, sed dicere versu
Non potis est tantas Næria delicias.
Parce, Venusinæ quod iam non credo Camœnæ,
Siue queror Lyricas dicere falsa Fides.
Dixerat hoc olim numerosus Horatius, & me
Hactenus in mentem traxerat ille suam.
Illum Dædaleis nubes tranare lacertis.
Et mundum Icariâ findere velle manu.
Pindaricis victor qui floribus, & ferus horto
Ire per Ausonios vellet onustus agros.
Pace Venusini dictum sit Næria plectri,
Quin volo Pindaricæ pace sit hocce lyræ.
Næria Romanis tu Pindarus alter in oris:
Pindarus, Hellacidis Icarus alter aquis.
Ille decus cantauit Aquæ, cantauit Equorum,
Dixit & in magna Pythia parua lyra.
Icarus in cœlo cœpit, finiuit in vndis,
Atque suo notas nomine fecit aquas:
Pindarus in cœlo sistit, sed cœpit in vndis
Currere, & in gelidis carmina mersit aquis.
Tu canis Heroas, lyricoque indutus amictu
Ordiris pugnâ carmen ab Euriacâ:
Tu canis HENRICI auspicijs, ductúque rebelles
Et fusum campis agmen in Euriacis.
HENRICI! ah quid agis! vel quid mihi Næria mētē
Aut reuocas tanti fortia facta viri?
Vel lyra siste, vel hic morior, nā me dolor vrget,
Et lacrymæ in calidis exoriuntur aquis.

O Domine! ô hominum! ô Regum ter maxime
Princeps,
Siccine ſacrilegeli concidis arte viri?
Tu ne per Euriacos latè qui feruidus agros
Turbaſti longa fortia caſtra manu?
Muſa tamen meritos quoniã tibi debet honores,
Et ſuper impoſito carmina iuſta rogo.
Rurſus ad Euriacam redeo iam Næria palmam,
Et tua Pindaricæ præfero plectra lyræ.
Tu canis Egmundũ, pulchra qui morte pereptus,
His tantum potuit viuere carminibus.
Tu Parmam, Maniũque canis, totque ardua bello
Heroum celebras pectora, totque virûm.
Quos ſi vita tenet, gaudent ſe viuere, gaudent
Se, ſua facta, tuâ cernere dicta lyrâ.
Si cæſi, mors hæc fuit ambitioſa, caputque
Certatim in medias credo tulere minas:
Namque manu forti norant ſe Næria cæſos,
Longiùs à docta viuere poſſe manu.
Ergo nobilior quantùm fuit Euria pugna,
Quàm tenuis quondam palma Celetis equi.
Egmundus quantùm eſt Hierone potentior, atq;
Pindaricâ Aonium Næria nectar aquâ.
In lyrico tantùm tu vincis Olympia curſu,
Et tua Pindaricæ præfero plectra lyræ.

ELEGIA NONA

SECVNDA PYRAMIDIS FACIES FELICITATI REGIAE POSITA.



TE quamuis faciant Regum Fortuna potentem,
Sisque licèt magnis, Diua, magistra viris
Hîc tamen incipies Regi te subdere magno,
Reddita honorati verna ministerij.
Non erit hoc Fortuna nouum, Cœlũ quoq; seruit
Regibus, & sanctos accidit ante pedes:
Præsertim Henrico famulantia subdere colla
Ludus apud Superos ambitiosus erat.
Ergo mihi magni liceat suspecta Solonis
O dea cum veniâ dicere verba tuâ
Fortunæ ad cumulum rigidus spectanda putauit
Vltima tristifico fata supercilio;
Laudata emensæ spernebat tempora vitæ
Olli præteritus nec fuit assis honos
Quæ mens ô Superi! rigidæque proteruia sectæ
Quæ miseros etiam crederet esse Deos!
Nam si transactæ spectanda sit vltima vitæ
Linea, & emensi temporis acta dies:
Certè nulla Deos faciet Fortuna beatos,
Nulla quibus vitam finiet atra dies.

Solonis mens falsa de felicitate humana, iudicium illius non pendet solum ex morte.

Tu mihi propterea fortunatissimus Heros,
O Domine, ô Regum maxime, semper eris?
Te licèt inuiso mors atra satellite pressit
Et non pro meritis Regia Parca tuis:
Peccat in extremæ qui limite sistit Arenæ,
Inque laborantes puluere temnit Equos.
Peccat & ereptam qui laudat ab æquore Nauem,
Nec tamen emensum spectat ineptus iter.
Quin etiam reor illa, tibi quo peiùs ab Orco
Institit, & rabiem strinxit acerba suam.
Vita tibi fuerat felicior, & decus olli,
Non ignominiam Parca scelesta tulit.
Mors etenim vitam contra luctatur, vt atris
Candida, & accipiunt mutua, dantque decus.
Vt qui purpureum Coruo componet Olorem
Ille simul Veneres addet vtrique suas.
Nigra per abruptos fit pulchrior vmbra colores
Gratior in lepidis horror Imaginibus:
Flebilis est mors ista tuis, HENRICE, nec vnquam
Fleta sat, æternis flebilis illa modis:
Sed quoties lapsi stadium feliciter æui
Cernimus, & vitæ Regia fila tuæ:
Vnde fit æterno suspirans Gallia questu,
Et leges innumeris pullulat ampla malis.
Inde tuus non marcet honos, non gloria vitæ,
Sed dolor est populis crudior inde tuis.
Viuite vos igitur, sancti ter viuite Manes
Si sit in Elysijs cultior hortus agris:
Si sint Ambrosiæ fontes, si Nectaris vnda
Rege per Elysios digna feratur agros:

Denique

Denique te maior cumulet post fata voluptas,
Tristia quàm populis fata fuere tuis.

ELEGIA DECIMA

APPENDIX SECVNDI LATERIS,
Felicitas Aliena procurata.

Reuocatio Societatis Iesu in Galliam.

Si tamen est cumulata bonis Fortuna, Rosasque
Calcat, & Attalicas ambulat inter opes
Non tamen est cumulata bonis, vel prospera, donec
Fundat & in reliquos munera iusta viros:
Inque suis aliena putat; pars magna bonorum
Semper in externis creditur esse bonis.
Hoc tua prę reliquis Fortuna HENRICE sciebat,
Non tenuit gremio se Dea clausa tuo:
Venit, & externos lenire assueta dolores,
Déque solo mœstas tollere docta domos,
Restituit natale solum, quod fugerat olim
Parua gemens magno Turba sub exilio.
Id quod erat nulli speratum HENRICE dedisti,
Cedunt imperio saxa reuulsa suo.
Seruabatur enim reliquis hac vna coronis,
Vt pateat pulsis patria prisca viris.
O quantùm hoc HENRICE tibi deuincta manebit

Munere, dilecti turba Sodalitii!
Certe ego, si quicquam potero, si parua sub imo
Pectore, Phœbæi vena caloris habet;
Si pulmo, si vita mihi, si corda supersunt,
Viuet in æternis gratia tanta modis:
Et, si corde meo credat se vellere posse
Sensum tam magni muneris inuidia,
Vita mihi tollenda priùs, tollendáque lingua,
Quin etiam vitâ cassus & hocce loquar.
Experiar, poterítne magis vel gratia facti
Laudibus, an tetrâ liuor in inuidia:
Ille furit, nostro quoniam pro nomine Princeps
Hoc mihi si liceat dicere, tutor erat.
Sed mihi sub tanti securo Principis vmbrâ,
Luditur in tectum lancea iacta latus.
Vtque sit hoc proprium (Princeps) ignauáq; tela
Et videam fractæ virus vt inuidiæ,
Hæc tibi pro tanto, facies est altera dono,
Gratum pro magno munere, marmor erit.
Nos etenim tanti cumulasti mole fauoris,
Cogar vt fari sæpius, obruimur.
Me fugiunt aliæ voces, me deserit omnis
Gratia, súmque meo mutus in Eloquio:
Obruimur dico, mihi vox hæc vnica restat,
Soláque mirandis hæc fit honesta modis.
Cætera sum mutus, pro me sed Musa loquetur,
Pyramis & nostræ vocis ad instar erit.
Quæ, quia non poterit sat reddere, sic ego venæ
Solabor paruum pauperis obsequium.
Quid te Musa diu crucias? de te quasi Princeps

Muneris expectet præmia digna sui?
Munera si nescis Regum sunt talia, nunquam
Æqua datur magnis gratia Principibus.
Munus vt HENRICO dignum des Principe, dicas
Debêre est pulchrum Regibus. Hoc satis est.

ELEGIA VNDECIMA

TERTIA COLOSSI, SEV PYRAMIDIS
Facies Munificentiæ Regiæ posita.

FIXENSIS DOMVS IN QVA conceptus est HENRICVS. M. versa in Collegium Societ. IESV.



V quoque largiflui, memoraberis aurea virtus
Aurea magnificas Principis inter opes.
Forsan & incultum dignaberis ô Dea marmor
Gratius é vena paupere carmen erit.
Iuppiter incultas habitauit sæpius ædes,
Dictus & agrestes adfuit ad calamos.
Scimus & HENRICVM sudantẽ in prælia quondã
Sæpius angustas incoluisse domos.
Ergo sit incultum marmor, sis aurea quamuis
Fortè tamen dignum te Dea carmen erit.
Quid mirare, meum celebro si carmine Regem
Inque meo feruens pectore bullit Amor?
Quid, quòd in æternas efflictim congero laudes
Si quit erit venæ si quid & Ingenii?

Ah doleo tantùm ah doleo, quod non mihi Diua
Plus sit & in vena, plus sit & ingenio.
Ille suam mihi Diua domum condixerat; ille
Regis opus, nostros iusserat esse lares.
Grande sub Illustri iam conditur æde Lycæum,
Principis & Magni Phœbus ab arce tonat.
Posteritas credet ne mihi, quod scribo? meumque
Longiùs a falsi crimine carmen erit?
Vt puto ridebit, magnas qui Principis ædes
Musarum factas audiet esse domos.
Et procul exemplis cum sit res tam noua gestis
Fictæ materies audiet historiæ.
Adde quòd historiæ quam dico simillima factæ
Carpitur é nostris fabula pulchra libris.
Iuppiter vt fama est cœco conceptus in Antro,
(Natus enim patris est exul ab imperio)
Ne foret agresti nimium Lucina sub ortu,
Astitit enixæ plurima turba Deæ.
Ne cœli harmoniam, vel fulmina nosset abesse,
Aut foret æterni conscius exilij:
Hic Musas cecinisse ferunt, Phœbùmque tonasse,
Horrida qui castas duxit in antra Deas.
Credidit in nigrâ cœlum Puer esse cauernâ,
Cùm gemere æternis au dijt antra modis.
Sed nec vt Ambrosiam, aut vitalem Nectaris haustum,
Falsus in humanis quæreret vberibus,
Ibat ad Oceani fontes emissa columba,
Quâ tener Ambrosias despuit amnis aquas,
Et sensim niueis, plaudens radebat in vndis

Quicquid in vndoso cortice mellis erat.
Tum veniens, circùm Puero plaudebat, & olli,
Paruula nectareis ora rigabat aquis.
Hoc etenim, Princeps, quod fabula de Ioue narrat
Veriùs in gesta dicitur historiâ:
Hîc vbi maternâ Diuûm Rex clusit in aluo
Paruula nectareâ corpora facta manu:
Hîc gemit, assiduo sub fulmine magnus Apollo
Omnis & intentis Musa canit fidibus.
Sed nec & Ambrosiæ fontes, nec purior haustus
Nectaris, in roseis non erit vber aquis.
O Ego, quos illic Musarum & Apollinis ignes
Sentirem in glacie dulcè fluentis Aquæ!
Carmina diffluerent calamo purissima nostro
Pastus & æternâ versus in Ambrosiâ.
Tûc ego Callimachi Manes, vmbrâque Maronis
Induerem, pulchræ Nectare lotus aquæ.
Regius ille mihi diffunderet aurea sanguis
Carmina, quem primùm ceperat ista domus.
Hoc agite ô socij, est etenim res vnica vobis
Vnica, quæ nostra digna sit inuidia
Hac ego, si quondam regali dignus in æde,
Aut fierem tanto ciuis in hospitio.
Iuro, nec HENRICO cœlum maius foret ipsum,
Nec Maro me magnæ doctior arte lyræ.
Tum canerem HENRICI laudes, magnumque volumen
Surgeret ex factis, Martia dextra, tuis
Interea quod vena mihi, quod suggerit ardor
Accipe deuinctæ mentis in obsequium.

Hic te marmoreum pro tempore fecimus, vt mî
Tempus & é vena paupere carmen erat.
At nostrum fœtura gregem si supplet, easdem
Forsitan in laudes, aureus alter erit.


ELEGIA DVODECIMA

COMMENDATIO FIXENSIS *domus Societatis IESV a custodia Cordis Regij.*



REDO quidem magni venient à limite mundi
Si quibus incendit pectora pulcher Amor,
Te quoque longinquo videant vt Fixa sub orbe,
Corque quod in parua mole, superba geris.
Cumque Magellanæ lustrarint compita Terrę,
Quicquid & in vasto Memphis habet gremio.
Postea se vidisse nihil, sum osaque tecta
Credet, & incultas te sine Fixa casas.
Huc veniet sudans, & cum tua limina tanget,
Pronus adoratos concidet ante lares.
Inque domũ remeans, hoc munere lætus abibit,
Signa quòd aspexit Principis ista tui.
Et quoties de te sermo cadet, hanc ego vidi
Dicet, & hac vna voce superbus erit.
Marmoream vidi molem, vidi aurea Templa:
Hoc pretium magni grande laboris erit.
Et quoties per iter comites, vel deuius hospes
Iactabit quicquid viderit orbe nouo.
Omnibus, opponet Fixæ memorabile nomen

Fiet & in laudes feruidus vsque tuas.
Siue triumphales Regum laudauerit arcus,
  Aut se marmoreis iactet imaginibus,
Vna tamen magnis non cedet Fixa triumphis,
  Sed neque marmoreis cedet imaginibus
Siue crepat vastâ quos viderit vrbe Colossos:
  Rhodius extemplo Fixa Colossus erit.
Quicquid & opponet memorabile, si tamen vna
  Adijcitur Fixæ mentio, victus erit.
Quicquid erit de etiactandũ, id denique magnas
  Condet Odyssæas, condet & Iliadas:
Seu laudanda fuit selecto flore iuuentus,
  Cedent Sparthani germina gymnasij.
Seu quis eum de Corde rogat, consurget in altum
  Maius & à minimâ parte voluem nerit.
Seu petat ingenium Terræ, Templiue figuram,
  Quam bene limitibus finiet ista suis!
Fixa cor est Mundi, Cor habet Mũdi quoque Fixa
  Iam sileat Delphos Græcia victa suos. *Pindarus ode 5. Pythiorum Cor & vmbilicum Mundi in Delphis posuit.*



ELEGIA DECIMA Tertia.

QVARTA PYRAMIDIS FACIES. CLEMENTIÆ REGIÆ.

OBLIVIO INIVRIARVM POST bella Ciuilia.

Plinius lib. 2. cap. 7. Deus est, mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via.



Arcere subiectis, hominem si ducat ad
  Astra
  Sitque Deus magnis Gratia sola viris.
Sic ego crediderim, Cœlo te Magne, profundo
  Lacteus in niueo circulus axe tenet.
Insuper, Ætherei si mens est vera Platonis,
  Mens, reor, æterno docta magisterio:
Tot Reges, fulgere polo, numerosa per Astra
  Quot magnis homines eripuere malis.
Te per ego tot vasta puto iam sidera volui
  Parua quot in cœlo semina mundus habet.
Hac iter Alcides cœlo molitus, & illac
  Venit in ætheras facta per ista domos.
Hic medijs stellarum hortis narat aurea Claua
  Et circùm Exuuias iam Dea facta videt
Hinc Anguem, hinc Taurum, videt hinc secura
  Leonem
  Calcat & in palmas siderafacta suas.

Hic pœnas meminiſſe ſuas; atque horrida bella,
Alcidem quoniam iam videt Aſtra, iuuat
Subiecti parciſſe viris, frenaſſe rebelles,
Atque bonos mediis eripuiſſe malis,
Sidera propterea tot habet fulgentia circùm
Quot capita inſtanti traxit ab interitu.
Si verum eſt; ego mille tibi iam plaudere cœlo
Aſtra puto, circùm ſidera mille vehi.
Iam videt Alcides domitum quicquid ſibi quondã.
Fel nigrum iratæ deſpuit inuidiæ.
Quaſque feras olim, quos ſenſerat eſſe leones,
Iam cœlo factas ambulat inter oues.
Sed meminit cœlo paſſæque per aſpera ſortis,
Et ſenſum haut placido merſit in Oceano.
Sed manet in duram cœlo mens dura nouercam:
Omnia qui vicit, parcere non potuit.
Tu verò tot habes te circùm ardentia cœlo
Aſtra, quot hic homines maximus orbis habet.
Seruati per te populi, Fortunaque rerum
Ipſa pedes etiam Stella fit ante tuos,
Stant in cœlo hoſtes, manibus poſt terga reuinctis:
Inclytus in cœli lumine, carcer erit.
Et quoniam debere tibi ſe Gallia nouit
Ipſa tuum prope te Gallia, ſidus erit.
Debellata tuos etiam ſe iunget ad ignes,
Fiet & ardenti ſidus ab inuidia
Iſta tamen magnæ quoniam ſub gurgite pacis
Merſiſti, & placidis omnia victor aquis.
Non placet effodere ô Princeps, Exẽplaque belli
Non iuuat in claram ferre ſepulta diem,

Hæc tamen in noſtra ſurget Clementia mole,
Repet & da laudes Pyramis iſta tuas.

ELEGIA DECIMA Quarta.

COR REGIVM IN APICE Pyramidis.

NOn placet Harpyas noſtra depingere mole
Et ſuper infeſtas tollere culmen aues.
Nolo vel horrendæ Sphingem præferre figuræ
Illam, Pyramidum quam tulit altus apex.
Sed nec in intortis effingere ſigna volutis,
Sculpere vel vanæ talia monſtra manus.
Sed volo, ſi placitum Muſis, magnum Cor in alto
Pingere quadratæ culmine Pyramidis.
Tum volo per totam diſpergere corcula molem,
Forma placet Muſis ſcilicet iſta meis.
Quicquid erit, totum cor erit, cœloque ſupina
Pyramis, euerſi cordis ad inſtar erit.
Namque cor eſt verſum ſub turbine Pyramis alta,
Et facies Regi conuenit iſta meo.
Pyramis in cœlum tendit; tendebat in altum,
Forſitan & cœlo grande Cor iſtud erat.
Pyramis in conum baſi gracileſcit ab ima,
Se tenuans, vmbras ſorbet & ipſa ſuas.

Cætera nec lumen Cordi fecere nec vmbram,
Principis, & mundi vertice maius erat.
Pyramis è Pario fit marmore, Cor tibi, si fors
Ingrueret telis aspera, marmor erat.
Pyramidem vt fama est, manibus Sphinx atra tenebat,
Pressit & in primo limine fixa pedem.
Hoc fuit in manibus Diuûm, qui flectere norunt,
Nouit vt afflictam vertere Nauta ratem.
Allia Pyramides tenuere, obscenáque monstra,
Sculpsit & horrendas marmore pictor aues.
Hoc in Corde, Deus manifesti symbola regni
Signáque perpetui scripserat imperij.
Hic erat in paruo disculpta volumine tellus,
Totaque purpureis Gallia picta notis.
Molle Cor istud erat, rigido sed marmore cõstat
Pyramis, & duri nucleus est chalybis.
Istarum data Pyramidum custodia Mauris
Dicitur, & fœdis cura cadaueribus.
Istius socij vobis custodia Cordis
Creditur, & sanctis cura datur manibus.
Hoc igitur seruate pij, seruate fideles,
Ingens depositum continet iste lapis.

ELEGIA DECIMA-
QVINTA AD ERVDITVM
Patrem LVDOICVM RICHEOMVM
Societatis IESV
DE FVNESTO PARRICIDIO
HENRICI MAGNI & CONSOLATIONE
ab eo scripta..


VM te magna tuæ Richeome negotia
vitæ
Atque premat studijs fessa senecta tuis,
Cura tibi nostræ tamen est non vltima venæ
Nec potes in studiis otia ferre meis:
Cui magnas Tyberinus aquas, & flumina voluit,
Est tibi de nostro cura Carentonulo·
Scis quid ego possim? lacrymas afferre calentes
Crescat vt é nostris Albula vester aquis.
Si quid ego potui quondam, nil restat ab illo
Sanguine, qui venis ferbuit antè meis:
Nam feruore mei contabuit ille doloris,
Et mihi tristitiæ vulnere, carmen hebet
Sollicito venam, lachrymas effundit, & vnde
Purior Aoniæ fluxerat humor aquæ,
Iugiter hinc lacrymæ manant, & amarior vnda
Atque fit ex oculis Castalis vrna meis.
Quapropter, videat nostros si Roma labores,
Dignáque sint studio Carmina nostra tuo:
Parce mihi Richeome, tuã quòd spargo Senectã
Fletibus, & canas diluit vnda comas:
Quin etiam dubię si sistis in æquore ceræ,

Culpa senectutis non erit ista tuæ:
Est mea, vel certè lacrymarum culpa mearum,
Delet enim calidis qui fluit imber aquis.
*S*æpius extersi, fateor, sed sæpius ille
Vberiùs magna decidit in pluuiâ.
Et, quid agis, dixi, vel quid mihi carmina deles?
O dolor! ô venæ pestis acerba meæ!
Quis leget hæc etenim diluta calentibus vndis,
Carmina quis tepidis mersa leget lachrymis!
Non opus est, ait ille, legant vt Carmina, verùm
Sufficit hoc, lacrymas si legit ille tuas,
Et si fortè legens, hoc, dicat, carmen in ipsis
*E*st mersum lacrymis, maius acumen erit:
Sic etenim facit immani sub mole doloris
Qui primitur vastæ pondere tristitiæ:
Non opus est verbis, interprete non opus vllo,
*S*i potis est fletus fundere, doctus erit:
Doctus ero, Richeome, meo si credo dolori,
*E*t mihi si credis, doctior alter ero:
Nolo tamen credas vt sim Doctissimus, at mî
Si credis, non me tristor alter erit
*E*t quoniam moesto qui tristior argumento,
Creditur is reliquis doctior esse viris,
Si bene doctrinæ modus est, mensura doloris
*I*uro tibi, non me doctior alter erit.
Audistíne scelus, quo nuper inhorruit omnis
Mundus, & immenso Gallia pulsa malo?
Illa mei seges est, Richeome, & silua doloris,
Ah seges horrendo foeta maleficio!
Audistíne virum lateri mersisse profundo
Principis, in stygio tela cruenta lacu?

Ille meæ, pudet heu, patriæ, pudet hocce fateri
Perditus ille meæ gentis, & vrbis erat,
Scis quid erat quondã Tellus, quæ me tulit, & quæ
Nascentem blando cepit in hospitio?
Naturæ vernantis opus, lasciuia mundi,
Quem colit aurifera Gratia pulchra manu,
Monstrorũ iam facta parens, non conscia culpæ
Gens vt inhumanis latrat inepta modis.
Sed quoniam me nulla sibi iam Patria vinctum
Detinet, antiquos deseruique lares,
Lugeo iacturam quæ me grauioribus angit
Quàm sensu proprio Patria nostra malis.
Tu licèt aurifluis meditans *SOLATIA* verbis
Mulseris eloquio funera mœsta tuo:
Certè si fuerat verbis res digna leuari,
Hæc puto non alius scribere dignus erat,
Et par eloquio fuerat iactura senili,
Quę vegetos animo sterneret alta viros:
Hanc ego tentaui, fateor, sed tristis auena
Marcuit, & fractis carmen arundinibus.
Vena tibi Richeome fluit iam feruida, nec dum
Debilitat neruos longa senecta tuos,
Macte senex venerande, dabit leges ipsa calorẽ
Et tibi iam laudes suggeret ille suas.
Ille tui Pollux operis, tutelaque prima,
Cuius al ascripto nomine tutus eras.
Et tu materies nostræ, Rex magne, iuuentæ,
Quémque dolet magni fessa senecta viri,
Inter odorato dormi Rex lilia cœlo,
Et tua purpureis floreat vrna rosis.

Finis Elegiarum.



HENRICO MAGNO

LVCTVOSISSIMA MORTE
ABSVMPTO MONVMENTVM HOC
M. O. S. I. P. C.



Eni, Hoſpes, vtvideas, vide, vt lugeas, luge, ſi homo es. EID, quod ſpectas, Mœſtitiæ ſignum publicæ eſt, ad æternam memoriã optimi, heu! quondam PRINCIPIS Dole, quòd ſatis dolere nequeas, Regi enim Æternabili Æternę debentur lachrymæ, ſed mortales damus, moriens immortales dedit: viui, Mortales mortuo reddimus,

vel viuo mortui, certè morturi: & in tam acerbo casu nihil Immortale est, nisi luctus & orbitas, Mala non mortalia magis, quàm immortalia. Quid vis insuper? dicamne mali vim & factum impium? Si nescis, miser es, miserior, quia scis: Illum olim boni omnes, veriti sunt, vt NVMEN. Subditi amauere, vt PATREM Principes coluere, vt DOMINVM, hostes timuere, vt FVLMEN Gallia deperijt, vt DELITIAS, Nauarra suspirauit, vt PRINCIPEM; Europa optauit, vt RECTOREM, Mundus suspexit, vt REGEM. Vnus omnium vota sustinuit. Ah Mors? Nefanda & proditoria mors? vna reperta es, tanti PRINCIPIS Maiestatem ausa violare. Fecit homo nequam, Bu-

ſyris. Impius, ſpurius noctis, filius Herebi, Naturæ abortus, Mundi Carcinoma, quod, vel cogitare funeſtum eſt: perfida SICA ſacrum PECTVS hauſit: latro væcors quid non potuit? Vnus omnium vota ſubuertit. Cor ſuum, clementiſſimus PRINCEPS ereptus, eos habere voluit, qui ſua viuenti dederant. (Ah lachrymæ ſuſtinete tantillùm, vt finiam) hic ORDO moerens acerrimo cordis dolore confoſſus, hoc tibi, PRINCEPS molle lacrymis monumentum ponit. Reliqua interrumpit CORDOLIVM, nec enim fas eſt, quin CORDE doleant, quibus eſt TALE COR. VIVE, MORIMVR, GAVDE, GEMIMVS

Omnia tecum vna perierunt gaudia noſtra.

Eff

CORDI AVGVS-stissimo Henrici Magni.

Monumentum hoc.
M. O. S. I. P. C.

PAruus heic Mundus eſt, hoſpes aſta quiſquis es, & quod tibi hoc ſaxum volt, pellege: Paruum id dico Mundum? Magnus is error eſt, ſi animo fingis. Mundus heic Magnus eſt, cuius hæc Terra, Centrum eſt: Cœlum, ſedes: Elementa, Imperia: vin' clariùs dicam? Cor heic iacet Regium, Magni pars Maxima mundi: Cor illud eſt, quo cœlum erat anguſtius, quo terra breuior, minor vterque Oceanus, Cor, Punctum hominis, ſed Regis, in quo ma-

xima orbis imperia fluctuabant: vin, ſcire quale Cor, & quantum erat? intellige quanta ſintCorda Regibus: quanti inter Reges, Principes Galliæ,& demum inter hos qualis Henricus. Sic Pythagoras de Herculis pedâ & ſolo cenſuit: denique metire mundum, Modus hic certus eſt; & tandem audi Platonem:Capita, Philoſophis magna: oratoribus Linguæ: Athletis, Pectora: ceruices, Baiulis: Brachia Militi: Pedes curſoribus: Manus, & Corda Magna ſunt Regibus.Quare dicendum eſt Hoſpes, Henricum Cordis heic iacere, non Henrici Cor,ne Μικροῖς, Μακρὰ χαριζόμεθα vt in Fabulis deHermocrate dictum eſt. Iacet heic Cordis Henricus, Hẽricus Cordatus, & Cor Henricus,

Miraris quàm tenui loco res tanta capitur ? Si facis homo es; mirantur & Superi Sed Materiæ ne quære modum,hoc nos in Corde gerimus, & Tu gere , ſi Cordatus es , Monumentum Cordis , in Corde fit. Hoc de ſuis Reges obtineant, quod de Auditoribus Socrates : Sed nobis, inquies , Anguſta Corda; ſunt, Naturâ magis an luctu incertum eſt Henrico tam Magnum extitit: ſpera Res parua,magnam accipiet:

Ne contemne tuas quaſi paruo in corpore vires,
Paruula ſic totum comprendit pupula Mundum ,
Quóque vident oculi minimum eſt, cùm maxima cernant.

ERRATA GRAVIORA ITA CORRIGANTVR.

AD SACRA RHEMENSIA.

PAgina 8. versu 25. dedita, corrigé didita p. 11. v. 7. Aternæ c. æternæ p. 10. v. 17. puchro c. pulchro. p. 16. v. 27. vesonās c. ve sonans p. 16. v. 30. furiosis c. furiosus p. 18. v. 15. sceprum c. sceptrum p. 19 in marg. occlatum c. collatum p. 21. v. 9. surerbam, c. superbam p. 24. v. 13. à &c c. & à p. 26. v. 9. fertitis, c. fertilis p. 26. v. 20 quod, c. quot. p. 27. v. 8. alares. c. alacres. ibid v. 9. odeo c. adeo p. 37. v. 12. artificium c. artificum p. 33. v. 23. runt c. ruunt p. 40. v. 20. constituti c. constitui p. 42. v. 17. pasfcetem c. pascentem p. 47. v. 5. vertiti c. vertit in p. 53. v. 27. falle c. felle p. 60. v. 26. Amphitruonideas c Amphitruoniades p. 68. Immortate c Immortale p. 71. v. 3. Tegeminas c. Tergeminos. 16. v. 20. viuisicans c. viuificans p. 78. v. 10. Fancica c. francica 16. v. 22. Franscicus c. Franciscus p. 8. v. 11. Gardinibus c. Cardinibus p. 95. v. 11. res c. Rex 16. v. eod. magnes, c. magne p. 96. v. 3. ñimosa c. animosa p. 68. v. 1. melleolos c. malleolos p. 106. v. 13. discirimen c. discrimen.

AD NOTAS.

Pap. 3. v. 4. Eet c. Est. p. 5. v. 18. siciliæ c. Ciliciæ ibid. v. 28. supmæ c. spumæ. p. 6. v. 1. vtis c. vitis. p. 13. v. 15. Tineri c. Icineri p. 14. v. 8. virgnem c. virginem ibid. v. 17. cario c. corio p. 15. v. 20. partis c. pratis p. 22. v. 6. naro. c. non raro p. 23. v. 9. lapidem c. lapideam.